Mongardini, M.

Title leaf to Stahl's Ars sanandi belongs to vol 2

3 vols

16 ff
126 pp
67 pp

Coll. ✓

GEORGII ERNESTI STAHL,

ARS SANANDI

cum

EXPECTATIONE.

ubi

Firmitas, Fides, & Veritas, proborum & peritorum Medicorum,

ostenditur, declaratur, & confirmatur.

Accedunt his præcipuè Supposita, & Phœnomena, quibus veterum recentiorumque Dogmata de Febribus, Tussi, Phthisi, Asthmate, Apoplexia, Calculo renum & Vesicæ, Ischuria & Passione Hypochondriaco-Hysterica seponuntur, & veriora ostenduntur.

Hæc est Sapientia, in Naturam converti & eo redire, unde excideris.

Seneca.

*
* *

Beatus ille qui procul negotiis,
Et otiosis curiositatibus
Et vanitate propriæ scientiæ,
Et irritæ artis gloria & jactantia,
Et aucupanda sordide pecunia,
Prudenter induxit lubens mentem suam,
Summæ sapientiæ sacras leges sequi:
Quas si vereri discet, in tacito sinu,
Ejus benignitate gaudebit frui,
Scientia atque conscientia satur:
Et serviendi proximo verè potens,
Aut gratitudinem feret, aut merebitur.
Quisquis secus faxit, DEUS vindex erit.

GEORGII ERNESTI STAHL,
DE
MOTUS HAEMORRHOIDALIS,
ET
FLUXUS HAEMORRHOIDUM,
DIVERSITATE,

Benè diſtinguenda.

Tam

ad veram THEORIAM, ſeu

PATHOLOGIAM,

Quam

Juſtam THERAPIAM,

ſeu

PRAXIN,

non tantum utilis, ſed planè neceſſaria

Remonſtratio.

DUOBUS SCHEDIASMATIBUS,

ad duos Viros Medicos

exarata;

Veneunt Pariſiis apud Fr. Horth-hemels prope Dom. Sorbon.
nec non Offenbaci ad Mœnum apud Kœnig. 1730.

Promonitio Generalis.

QUemadmodum non ignota esse potest, ita certe optime notari debet, benedicti Salvatoris admonitio, *nec nova lacinia vetustæ vesti adsuatur*; non tantum enim cohæsionem non persistere, sed ipsam scissuram latius dehiscere, & deteriorem fieri. Valet hoc certe de qualibet veritate, in locum latioris erroris substituenda. Nunquam illi convenit cum falsa vel opinione, vel traditione; nisi nuda & sincera, nihil proficit, sed deformatur facile, aut obscuratur, ab erroribus. Sicut autem non statim cujuslibet est, dimissa vetusta veste, novam de integro parare; ita familiare propemodum visitur, etiam jam detritis laciniis, rupturas & hiatus fissæ lacernæ, quomodocunque obturare: unde vero nihil aliud, nisi denique cento resultat, neque visu, nec usu, æstimandus. Fir-

ma atque constans est veritas, fluxæ sunt & evanidæ opiniones: imo, si tantisper, quamdiu non diligenter inspiciuntur, speciem objiciunt, adhibito tandem scrutinio, undique perlucent. Difficillimum certe est creditu, magni momenti considerationes, à longissimis retro temporibus, imo tot seculis, exactiorem curam, inspiciendi, nedum perspiciendi, subterfugisse. Interim, si res sine vanis speculationibus, è simplici veritate æstimetur, vix difficultas invenietur, in veras causas talium defectuum, inspiciendi. De Arte *Medica* sermo mihi erit. Si non primus fuit *Hippocrates*, qui ad artem respicientia monumenta tradidit; certe primus fuit, qui ab antecessoribus, sparsim transmissa, collegit, consignavit, & ad posteritatem propagavit. Non pervenit ad nos, ulla alia verax historia, similium scriptorum, aut commentatorum, qui solum idem propositum susceperint, sed pari industria atque fide, illud prosecuti sint: Usque ad *Galenum*, tribus, si recte numerant, seculis, *Hippocrate* posteriorem; qui, licet tam sectarum aliquarum,

rum, (*Methodicæ*, & *Emphiricæ*,) mentionem injiciat, & *Erasistrati* cujusdam, & fortassis *Herophili*, nomina tangat: tamen nec illorum monumenta, neque quid in universum senserint, documenta, producit. Longis intervallis secuti sunt, tam ita dicti *minores Græci*, quam *Latini*, propemodum etiam his posteriores. Nequaquam improbanda venit industria literatorum virorum, qui *historiam* medicinæ, ex antiquis monumentis conquirendi laborem susceperunt, imo hodieque magis magisque illustrare student. Illud autem optandum omnino manet, ut imprimis opinionum atque dogmatum, antiquis seculis, præter *Hippocratem*, celebratorum, documenta dare valerent. Nullum in hoc genere magis elucet, quam *Galeni* exemplum. Qui nempe *Hippocratis* monumenta, ad sua usque tempora, non sine cura conservata fuisse, illo maxime testatur, quod in plerosque *Hippocratis* libros, commentarios concinnaverit. Præcipue vero in his negotiis, animadversio instituenda venit, quod antiquis illis temporibus, libros

conſcribendi labor, tam operoſus utique fuerit, ut vero ſit ſimile, pauciſſimos mortales, huic ſtudio atque induſtriæ animum ſubmiſiſſe: veriſſime ſine dubio nullum utique hoc feciſſe, niſi qui artem hanc aliquo modo exercendi avidus fuerit. Qua vero ratione nihil mirum eſt, ſi nihil concinni, & latiorem aliquem nexum comprehendentis, coagmentari potuit; ſed potius vel ſimplici Empiriæ, & nudis experimentis, ſine multa ratione, ſeſe addicere, incauti artifices ſatis habuerunt: vel ad ſummum, generaliſſimum quendam conceptum ſibi formaverunt methodici. Quorum illud dogma memorat Galenus, quod, ubi aliquid laxum eſſe judicaverint, ſtringendum eſſe decreverit: & viciſſim, ubi aliquid nimis ſtrictum videatur, relaxandum eſſe: crediderim, ubi frigidum ſentirent, calefaciendum ratos eſſe, ubi calidum nimis, frigefaciendum. A quibus quidem conſiliis, cum nec ipſe Galenus, nec omnes ejus ſequaces, in ſolidum alieni fuerint; paſſim innuendo, contrariis contraria curanda eſſe: in eo ſolo defeciſſe putari poſſet,

possent, quod non satis perspicere studuerint, ubinam, vere, vel laxitas simpliciter peccet, vel constrictio: ut ita veriori affectuum constitutioni, per species, imo per opportunitates, veriore methodo, medicationes suas adhibere potuissent. Ipse vero *Hippocrates* satis declarat, quod jam utique suo ævo, non defuerit numerosa turba, hominum, qui se pro medicis venditaverint: damnat autem inscitiam illorum, temeritatem, impudentiam, & inter se mutuò dissensum & discordiam: nempe nullo fundamento subnixorum. Porro apud *Latinos*, nota est medici studii, bene ordinandi, incuria. Quamvis enim *Cornelius Celsus*, animum applicuerit, ad aliquid concinnum de medicis rebus, compilandum; tamen in ipso quasi limine offendit, dum *historiæ* morborum nullam exquisitam commemorationem instituit: quod propemodum suspicionem firmat, quam posteriores de illo fovent, quod ipse *praxin*, medicam ne quidem exercuerit. Cum autem studia propemodum omnia, invalescente barbarie, & perpetuis bellorum cladibus,

& vaſtationibus vix non unice & ſimpliciter ad homines religionibus addictos, redirent; qui *Ariſtotelis* philoſophematibus, ad ſummas λεπτολογίας usque indulgebant; fieri non potuit, ut de ſolidis rebus, & ante omnia de veritate in facto, nempe verace *hiſtoria* morborum, aliquid conſtans ſtatueretur, è quo vera quædam connexio coagmentari poſſet. Suſtentavit univerſam hanc difficultatem, conſtans illa inopia librorum, qui, neceſſitate ſimplicis manualis deſcriptionis, non poterant ad multorum notitiam pervenire; nedum, quod *Græci* codices, & poſtremo Arabici, immenſum quantum minore numero deſcribi potuerint; cum harum linguarum vix pauciſſimis obtingeret uſus, nedum ſufficiens intellectus. Acceſſit aliud, ingens omnino impedimentum, quod propemodum ab ipſo *Galeno*, originem, certe initium ſuum, duxit. Dum hic *Hippocratis* monumenta, non aliter quam oracula quædam ſuſpiciens, omnes potius res & eventus, ad illa reducere laboravit: quam ut effata *Hippocratis*, ad ipſarum

rerum

rerum veritatem exigere auſus eſſet. Quod certe aliquanto felicius ſuſcipere valuiſſet, cum omnino *hiſtoriam* morborum jam multo locupletiorem conſcripſerit, ac digeſſerit, quam ab *Hippocrate* non acceperat. Obtinuit hoc præjudicium tanto firmiorem locum, in illo poſteritatis lapſu, ubi omnia ad unius cathedræ edicta, etiam religionis ſpecie deferebantur; eo usque, ut etiam ab *Ariſtotelis*, tanquam ſummi dictatoris, legibus, vel unguem latum diſcedere, vix non capitale haberetur. Spero autem non defuturos prudentes æſtimatores, qui cum profunda veneratione agnoſcant, Divinæ Bonitatis admirandam directionem, quæ per ſuppeditatum inventum *typographiæ*, portam aperuit, non tam decumanam, quam vere regiam, ad detegendos atque eruendos longo ſqualore obſitos theſauros, præcipue ſacrarum ſcripturarum; ut has nimio minore pretio quam ſcripturæ manuariæ erat, adipiſci, & felicius inſpicere liceret. Quo certe beneficio, quantum tenebrarum diſcuſſum ſit, & præfulgentis lucis ſplendor

reſtitutus, totus mundus præ oculis habet. Hac eadem felicitate evenit, ut etiam aliarum bonarum literarum locupletiſſima ſubſidia in notitiam pervenirent. Ipſius autem etiam *medicinæ* monumenta, hac eadem via, è ſitu atque pulvere eruta, ad ulteriorem penſitationem planiorem viam ſtraverunt. Hæc certe fuit occaſio, ut docti æque, & laudatiſſima induſtria præditi viri, præcipue vero etiam uſu & peritia ipſius artis potiti, ante omnia hiſtoriam morborum, partim ex antiquioribus commemorationibus, in ordinem magis perſpicuum redigerent, partim propria ſua obſervatione & experientia, illuſtrarent & augerent. Non habeo, quem, tàm temporis & ætatis, quàm exactitudinis intuitu, anteferam *Petro Foreſto.* Siquidem hic plura certe, in unum opus congeſſit, quam quisquam ante illum, alius: Confirmavit autem etiam, non nudis antiquorum nominibus & autoritatibus, ſed propriæ ſuæ *experientiæ* ſuffragio. Loquor autem præcipue de *hiſtoriæ morborum* ἀκριβείᾳ; in quo *Foreſtum* diligenter ſecutus

cutus eſt *D. Ettmüllerus:* qui mox ab anno 1680, collegiis ſuis, tunc temporis manu ſcriptis, ad hujus auctoris comparationem, & ſtudioſam lectionem, occaſionem mihi dedit.

Sicut autem in omni ſcientia, primum eſſe debet, ut de ipſa re ſubjecta, certa & plena notitia ſuppetat; è cujus recte perſpectis circumſtantiis, provida contemplatione, cauſalium reſpectuum ordo, ſucceſſus, atque nexus, colligi poſſit: ita valet hoc etiam eximie, de vera & completa, quantum usquam fieri poteſt, morborum indole.

Ubi mox, animum placide advertentibus, & nudam comparationem, ſine peculiari ſpeculatione, attententibus, quod inter varios morbos, ſatis evidens *conſpiratio* ſeſe manifeſtet.

Nempe non ſolum, hinc inde comparens, *conſecutio*, alterius poſt alterum; ſed etiam nihilo rarius, *concurſus* atque *complicatio* mutua: quin *reciproca* diſcurſatio, ex uno loco in alterum, imo ex una regione, in alteram.

Quæ

Quæ res adeo nullo jure, ſimplici alicui accidentali eventui adſcribi poſſunt, ut potius, in praxi, non ſolum evidentia certitudinis harum rerum, in ſenſus incurrat: ſed etiam hæc, ſine ulla ſpeculatione, nuda interrogatione, à pluribus ſimilibus ægris, confirmata haberi poſſit. Adeo nempe perpetuo conſtante experientia, ut ſolii ſenſus externi, ad agnitionem percipiendam, ſufficiant; auditus nempe, ex relatione ægrorum, viſus, ex inſpectione phœnomenorum, tactus, è frigoris & æſtus perceptione, quin olfactus ipſe, emanantium ſæpe numero exhalationum.

Inanis eſſet ſpeculatio, divinari velle, unde fieri potuerit, ut ne quidem hæc pars hiſtoriæ morborum, ad ſimpliciorem æſtimationem cauſalium conſpirationum, ſolertius adhibita ſit?

Breviſſime forte adſcribi hoc poſſet, perpetuæ illi confuſioni, contemplationis corporis, ſimpliciter *phyſicæ*, ut *mixti, texti, ſtructi*; & contra *Phyſiologicæ*, ut *vivi*.

Non

Non temere dico, *contra*; cum justæ conſiderationi liquido diluceat, quod Principales affectiones & conditiones corporis, ſecundum quas (*corpus* inquam) *vivum* dicitur, in rei veritate *contrariæ* & oppoſitæ ſint, illis, quas corpus, ſine poteſtate & actu *vitæ* conſtitutum, adeoque ſimpliciter materialiter conſideratum, in ſeipſo, plane neceſſario & abſolute involvit, & ſequi neceſſe habet.

Dum videlicet, poſteriore hoc intuitu, adeo, *ex ſeipſo*, *corruptionibus* expoſitum eſt, ut illas, tam certas, quam promptas, & plane intimas, non poſſit evitare, aut ſubterfugere.

Ubi ex adverſo, illa poteſtate & activitate, per quam *Vivum* intelligitur atque dicitur, *effectus* talium corruptionum, indeſinenter intercipitur, intervertitur, avertitur, depellitur, & expellitur.

Nempe, quantum materia, in ſe ſimpliciter, *paſſive* ſeſe habet; ex adverſo vero, *Motus* vere *activum* quiddam eſt: in tantum etiam vitalium motuum, tum ipſa ἐνέργεια, tum *ordo*, *methodus*, *proceſſus*,

ceſſus, & *effectus*, materiam, ſola *paſſiva* mobilitate præditam, utique ita agitare & verſare valet, prouti illam, per convenientes ſucceſſus, ad certos fines dirigere & promovere intendit.

Securus autem ſum, me non eſſe poſſe ſolum, ſed plures futuros eſſe; dummodo animum huc avertant, quos admiratio inceſſat, quomodo fieri potuerit, ut nusquam ad animum revocata ſint, exempla, nulla ſpeculatione, ſed nuda *experientia* conſpicienda; non per ſingulares forte perquiſitiones, aut per capita, veſtiganda, ſed totis, quin numeroſis, millenariis, non magis occurrentia, ſed ſeſe velut ingerentia, hominum, etiam ad longam ſeriem atque numerum, annorum adſcendentium, qui longiſſimis ſpatiis aut intervallis ætatis ſuæ, vel plane non ægrotant, vel paucis certe morbis tentantur, & præterea, ſi ad ſpecies morborum reſpicias, ita raris, ut vel per totum vitæ ſuæ tempus, vix tribus aut quatuor morborum *ſpeciebus*, obnoxii fiant: præſertim qui non ab externis injuriis, aut violentis inſultibus, inducantur.

Nem

Nempe ſimpliciſſima concluſio, quæ hinc reſultat, illa eſt, quod Homo, ut in genere, poteſtate, activitate, & juſta gubernatione actionum convenientium, quamdiu hæ recte vigent, & adminiſtrantur, poſſit, directe contra ſimplicis materialis conſtitutionis corporeæ, corruptibilitatem, præſervari, conſervari, repurgari, & vindicari.

Adeo, ut læſiones illæ, quæ corpori, quaſi ſimpliciter ſibi relicto, eveniunt, magis oriantur ab extraneis potius rebus; aut ab inhabitantis illius. *Poteſtatis* (quæ, ut vere ſubſtantiale quiddam, & velut in concreto, *Naturæ* nomine notatur,) ſive inadvertentia, & proinde neglectu quodam: ſeu perturbatione, præcipue *pathetica*: ſeu obruente quantitate, aut violenta *qualitate*, hoſtilium materiarum.

Dum interim verum utique atque firmum manet, quod, quamdiu circa res non-naturales dictas, earumque uſum, modus ſervari poteſt; & inprimis (quæ non malè dictis rebus accenſentur,) *animi pathemata* tranquillitate debita fruuntur: tam diu etiam, non ſolum *vita*, ſed etiam

etiam nihil vacillans *Sanitas*, intemerata perſiſtat.

Salva interim certe Divina inſtitutione, atque circumſcriptione, *termini* vivendi. Extra quem (quod in *phyſiologica* theoria tetigi,) vera, vere phyſica, imo theoretice *phyſiologica*, ratio, nusquam reddi poteſt, *Cur homo naturaliter moriatur*.

Quamvis enim ante oculos poſitum ſit, quod per *Senium*, tam corporis ſtructura, veluti marceſcat; quam ipſius *naturæ* alacritas quaſi laſſari ſentiatur: quin ipſius *animi* vigor, ſenſim langueſcere ſentiatur:

„Non poteſt tamen horum eventu-
„um, quantumcunque veri ſint, vera ali-
„qua, & perſpicua, poſitiva ratio demon-
„ſtrari. Cur, inquam, non eadem vis,
„idem vigor, eadem alacritas, quæ usque
„ad conſiſtentem ætatem, legitime, au-
„geſcere ſentitur, non in illo, veluti com-
„pleto, ſtatu, usque in tardam ſenectu-
„tem, imo in perpetuum, continuetur.
„Unde nihil remanet, niſi neceſſitas
„agnoſcendi, quod finito Agenti etiam fi-
„nes ſeu termini activitatis ſuæ præfiniti
„ſint, quibus circumſcribatur. Sed

Sed ne penitus extra oleas, quod ajunt, evagari videar, ad propiora potius, & arctiorem ambitum, revertor. Nempe ad illam animadverſionem, quod in theoria medica, conquirenda, primo loco, vera hiſtorica notitia, corporis humani; ſed abſolute, quatenus *vivum* eſt, conſiderandi: plana via, & greſſibus nihil evagantibus, non ſolum vera *phyſiologica* theoria coagmentari poſſit atque debeat: ſed ab hac etiam progreſſus continuari, ad veram *pathologiam.*

Cui iterum ſolidum fundamentum ſubſternit, univerſali experientiæ inſiſtens, hiſtoria illorum eventuum, qui *vivi* corporis conſtantem & tranquillam, optime ordinatam, *Sanitatem*, quoquo modo temerare, aut labefactare, ſentiuntur.

Ubi iterum iterumque ſemovendus eſt, rudis etiam, ille lapis offenſionis; quid corpori, nempe ſimpliciter *materialiter* ſpectato; accidere poſſit. Utpote quo intuitu, hoc cuilibet corruptioni libere expoſitum eſt.

Sed ex adverſo, quid *Vivo* corpori in rei veritate accidere SOLEAT. It nempe, ut effectus tales, omnibus ma gis hominibus, ſine diſcrimine, familia riter obtingant: non autem hinc ind paucis, & tanquam ſingulis. Non tan ex univerſali, omnibus communi, tan quam intrinſeca, neceſſitate; quam particularibus, magis externis, adventi tiis, occaſionibus: quibus vel per im prudentiam, vel per qualemcunqu neceſſitatem, ut ſinguli, ſeſe exponun

Adeo quidem, ut de univerſis qui dem hominibus, quotquot unquam paribus *cauſis* ſeſe ſubjicerent, etian *effectibus* paribus exponerentur. Quot quot autem ab illis vel poſſunt, ve volunt, abſtinere, his etiam nihil tali um obtingat.

Faſtidiret profecto animus, res it in aprico poſitas, tot verborum amba gibus memorare, niſi vix comprehen denda illa pervicacitas, hominum, d quibus certe fas eſſet, ne quidem il lam ſuſpicari, etiam illis viam præclu dere contenderet, qui tam ipſi experi

entia

entiæ ſenſuali, quam rationi luculentæ, auſcultare, non ſolum poſſent, ſed etiam ſubinde parati eſſent.

Tandem autem, quod quilibet vir prudens facile intelligit, mea utique nihil intereſt, quid horum omnium fiat. Siquidem fatua certe eſt illa in ſimulatio, quaſi ego *mea*, ut loquuntur, principia, placita, ſpeculationes, opiniones, aliis perſuadere, vel unquam cordi habuerim, vel, (quod in rei veritate, etiam ridiculum eſt,) hodieque in hoc allaborem.

Cum utique quicquid unquam de his negotiis propoſui & produxi, nunquam ſive meis, ſive aliis, opinionibus ſuperſtruxi. Sed ubilibet ab *hiſtorica* veritate, & univerſali *experientia* orſus, ex illa demum, circumſpecto proceſſu, connexiones & collectiones ſtabilire, cordi habui.

Unde etiam ipſas primas meas diſſertatiunculas, viri non pauci, in *praxi* frequente conſtituti, facile intellexerunt (quod jam tum ſcriptis, ad me literis, amico affectu plenis, teſtatum fecerunt). Utique vero multi, diverſis

nudis opinionibus præoccupati, ne audire quidem, nedum legere, ſuſtinuerunt: aliquot tamen horum, etiam multorum annorum decurſu, ſenſim propius ad animum admiſerunt, (quod etiam ſcripta illorum *poſteriora*, à priſtinis in totum diſſona, monſtrant,) interim tamen, non nominando affectu, certe vero ſine effectu, agnoviſſe videri dedignantur. Qui vero res ſuas ſibi habento.

Aliquanto propius autem me tangit, quod non pauci etiam honeſti viri, hinc inde, veritates à me, pro virili commendatas, agnoſcentes, tamen aliquas connexiones, non eodem ordine ſequantur. Adeo, ut etiam, quamlibet ſolum ab imperitis, ego inſimuler, auctor talium eventuum fuiſſe. Eſt inter talia etiam implicatio quædam, circa negotium hæmorrhoidalis *motus*, & *exitus*.

De quibus rebus, cum jam ab aliquo tempore, per occaſiones magis privatas, non tam mentem meam, quam rei totius veritatem, illuſtrare ſuſceperim,

rim, placet duo diverſa Schedia, in hanc rem conſcripta, publico communicare.

Quibus illud præcipue oſtenditur, quod uſus *pathologicus* hujus negotii, adhuc latius pateat, quam ſimpliciter *therapeuticus*.

Dum è *priore*, variorum aliorum eventuum, vera conſpiratio comprehendi poteſt, antehac parum animadverſa.

Poſterior autem, magis exquiſitam indolem, & proinde rationem, hujus affectus ſeorſim, & ipsâ in ſpecie, concernit: adeoque in praxi clinica, non magis certam utilitatem, quàm omninò neceſſitatem, involvit.

Mihi perpetuo ſatis erit, Veritatem, quousque illam ipſe aſſequi potui, laudaviſſe.

Præloquium.

RAtionibus, quantumcunque bene ordinatis, aliquid demonſtratum dare, quibus juſta ratiocinatio, & intellectus ordinis cauſarum, deficit, quam inutilis ſit labor, ſicut omnes, harum rerum gnari, affatim perſpectum habent; ita certe ego, jam proxime quadraginta annos, abunde expertus ſum. Dum Demonſtrationes, quantacunque etiam induſtria, & ſubinde aliter inſtructis ſchematibus, propoſitæ, nihilominus paſſim, plane transverſis acceptionibus, non potuerunt comprehendi. Circa phyſicas quidem res, nihil magnopere refert, opinionibus ſuis inhærere; in verè medicis autem Negotiis, tanquam nimis majoris momenti, majus etiam ſubeſt damnum, ſi veritas, quæ certe ſemper, directe & proprie, non eſt, niſi una non ita perveſtigetur, ut dimiſſis alienis, per ambages divagantibus, reſpectibus, ſimplex via, per verum ordinem cauſarum procedendi, negligatur. Tanto magis, cum velut immen-

ſo numero, exempla illa occurrant, ubi non quæſtio eſt, de ſynthetica, ſed certe de analytica, uti ſcholæ loquuntur, conſideratione, & æſtimatione; quin potius, jam diu in effectum deducti errores, illud demum exigunt, ut, juſto tandem ordine retexatur, longinqua non raro ſerie, huc usque, obrependo inſinuatus progreſſus: ut ita tandem verùs fons & origo talis proceſſus, diſcernatur, & inde, præſenti malo, è fundamento ipſo, ſuccurrendi, via detegatur. Ubi certe ſæpenumerò ſimpliciter ἄπρακτος eſt illa ſpes, præcipue profunde jam innidulantes, imo radicatos, morbos, è qualicunque fundamento, etiam quantumcunque bene perſpecto & intellecto, vel in totum, vel inſuper prompte, & cito, evellere, & eradicare, & ægros, ſimpliciter in integram ſanitatem, reſtituere. Cum ætas, ſexus, vitæ genus, & hujus ſubinde inſuperabilis neceſſitas, mali mores, diuturnæ aſſuetudines, quin ſæpenumero ſupervenientes fortuiti caſus, quantumcunque providæ praxi, ſubinde crucem figant inſuperabilem: imo vero etiam ipſa multiplicia, male ordinata, tentamina medica, tales perverſiones inducant, quæ omnem ſpem reditus in planam viam, nedum plenam integritatem, præcidant. Interim, quemadmodum praxis medica, perſæpe, ad ultimum finem, ſinceræ, & perfectæ ſanationis, non modo non pertingere

 poteſt,

poteſt, ſed illam ne quidem prudenter animo præcipere, & ſperare valet: Ita nequaquam inane eſt, rationes etiam talium defectuum perſpexiſſe, ne Medicus ipſe, de ſcientia ſua, vel arte, in propria conſcientia minus ſecurus, & proinde dubius manere, neceſſe habeat: Quod certe longe abeſt à nuda imperita ſpeculatione, & ſimpliciter cerebrina praxi. Loquor certiſſime ab experientia, ſolidiſſime fundata. Male me habuit, fateor, hæc res, quàm diu in docendi officio conſtitutus, turbines tales, vix non perpetuos, expertus ſum; Quos etiam proinde aliquando avertere, non potui me continere: ſed etiam hos conatus vanos eſſe, & ortus & origines iſtorum, mutari non poſſe, perpendens, animum ad tranquillitatem revocavi. Planiore via incedit illud negotium, quod non ſolum inde ab Hippocrate, poſteritati commendatum eſt; ſed etiam, ſatis probabiliter, illi ipſi, jam à longa ſerie anteceſſorum, per manus traditum. Nempe, tam collectiones ſuperfluæ, etiam boni ſanguinis, quam ſubnaſcentes intentiones, & ſucceſſivè, apparatus, conatus, imo tandem contentiones, aliquam ejus depletionem perpetrandi. Quam univerſam rem, Sectione III. aphor. poſterioribus brevibus quidem, ſed in longinquum proſpicientibus, commemorationibus, comprehendit. Simpliciter quidem hiſtorice, ſed quod ipſum

locu-

locupletem materiam ſubminiſtrat, Ætiologias harum rerum, diligenter & prudenter, veſtigandi. Aggreſſus ſum hunc laborem, ejusque profundiori fundamento, certe primum lapidem fundamentalem, ſubſtravi, anno 1692, diſcurſu, de *Motu Tonico vitali*, &, 1695 & 1696, diſcurſibus, de *Mechaniſmo motus ſanguinis*, &, de *Æſtu maris microcoſmici*: à quibus poſtea, recto, & magis magisque firmo, gradu, proceſſi; partim Diſſ. de *Vena portæ*, magis magisque vero, de *Infrequentia morborum*: primam autem ſcenam inſtruxi, An. 1698, de *Fundamentis morborum ætatum*, & mox, eod. anno, de *Motu ſanguinis hæmorrhoidali*. Dico, de *Motu* ad has perrumpendas. Licet enim ſtatim, *externarum* hæmorrhoidum etiam *exitus*, ſubjunxerim; id quod etiam, ſubſecuta diſſ. de *internarum hæmorrhoidum motu*, & ipſo eventu, feci: tamen non ſolum primum, ſed etiam præcipuum, intuitum, *motuum* talium, ad illas jam proxime collimantium, ita in mente habui, penſitationi commendare. Cum certiſſimum ſit, quod ab omni retrò tempore, juſtam contemplationem totius hujus ſucceſſus, non ſolum velut ex oculis, ſed etiam ex omni contemplatione, ſubtraxerit, etiam ipſis practicis, reſpectus ille, quod ingens numerus hominum occurrat, qui *motus* tales perſentiſcant, imo experiantur,

nullo ſincero *exitu* ſubſequente. Quæ cauſa fuit, quemobrem etiam nexus ipſe, inter *motus* tales, *conatus*, & *apparatus*, & illorum ſinceros *effectus* intercedens, ne quidem in mentem veniret. Tanto minus, cum etiam ipſe talis *exitus*, quando occurrebat, non ſecundum quid, ut ſcholæ loquuntur, ſed ſimpliciter, *præternaturale* quiddam eſſe declararetur. Quamvis autem non deſtiterim, vel viginti annorum decurſu, iterum iterumque, eandem rem, variis ſchematibus, commendare, & in illam commentari; non defuerunt tamen, toto tali tempore, imo ſubſecuto, in hunc usque diem, qui totam rem, vel plane non comprehenderent, nempe per cauſas, ipſis primis lineis hujus diſcurſus indicatas: ſed etiam non ita pauci, rem ipſam ſatis intelligentium ſed motum rei non ſatis exquiſite dijudicantium. Ad priorem claſſem non refero, ἀπράκτες, aut nudos empiricos; bene vero tales, qui veritatem facti, in praxi ſatis deprehendunt: nempe, quod utique, tam *motus* tales, quam ipſi *exitus*, in pluribus exemplis occurrant. Interim tamen, cum tota antiquitate, hæc omnia, pro *purè* & ſimpliciter *morboſis* eventibus, ita interpretantur, ut proinde *directe* illis reſiſtere, & medicando illos cohibere, juſtum & æquum, imo neceſſarium eſſe, interpretentur. Secundæ claſſis ſunt, qui in alterum extremum

num transseunt; pro re *simpliciter* laudabili, totum negotium ita interpretantes, ut vix non pro *simpliciter* & absolute *nonnaturali*, medicæ scholæ nomine, illos declarent: & proinde non solum promotioni, sed vel *provocationi*, talium *motuum & exituum*, operam adhibendam esse sentiant. Deflectentes ita à vera via, *media;* quæ eò ducit, ut prudens judicium instituatur, ubi tales conatus, vel possint, *mature* adhuc, diverti, & illis commodius, diverso loco, satisfieri: Aut, ubi hoc consilium, tam è ratione bene instructa, quam ab experientia, diligenter observata, si jam serum sit, conatus tales penitus, & secure quidem, abolere: tamen illos, profecto cum perita industria, ita solum attemperare, iisque moderari, ut non solum cum minore molestia, sed etiam nullo prolixiore damno, perferantur. Ubi nempe, innumera documenta probant, certe magno numero, eorum, qui sine vera theoria, imo sine vera historia morborum, praxin aggrediuntur; minus, nisi quidem plane nihil, notum esse, ingens illud offendiculum, quomodo subinde *minus* aliquod *malum*, prudenter tolerandum sit, ut, non unum, sed vel plura, graviora, evitentur: aut certe, quicquid spei animo concipere equum censeatur, modestissime ad illam respicere, & vel solum adspirare, animo proponatur.

Unde

Unde quidem ante oculos utique haber
necessum est, differentias has; 1) Ubi plan
nulla sint, neque præsagia satis probabili
Motuum, ad hæmorrhoides collineantium
2) Tanto minus autem, *propiora* jam tali
motus signa, circa loca propria: 3) Ne dun
jam ipso *actu* promicantes aliquæ inflatio
nes, & quasi vesiculæ turgidæ: 4) Qui
plane jam fientes *excretiones*, sanguine im
butæ.

Secundum quas differentias videlicet
uti prudenter instruere oportet metho
dum, talibus constitutionibus, quibus ne
cessarium apparet, medendi; Ita posterior
bus harum, certissime non aliter, quam pe
rite, medicari, licebit.

Interim tota mea tam Consideratio quam
tractatio, universi *systematis* hæmorrhoida-
lis, longe latius patentem habet campum.

Nempe ad veram *Pathologiam* prospici-
endam *connexionis*, quæ inter *Motus* & *ap-
paratus* hæmorrhoidales, diffusiores, & af-
fectus in talibus regionibus coorientes, in-
tercedit.

Qualium alii propullulant, licet etiam
adhuc nulla notabilia indicia, per ipsa *proxi-
ma*, aut *propria* loca hæmorrhoidum, exi-
mie

nie ſentiantur. Alii vero, jam diu, aut ſæpe ſimul, coorientibus atque contendentibus, *Motibus* talibus, ſenſibilius reſpondent. Alii tandem etiam jam *exitum* nactis hæmorrhoidibus, ſed vel iterum emanentibus, præcipue vero temerè repreſſis, ſuccedunt.

Ubi certe notabile eſt, quod jam ipſe *Hippocrates*, aliquot numero, & certe quidem non parvi ponderis, morbos recenſeat, à quibus quaſi *præſervent*, imo immunes reddant, ipſæ hæmorrhoides: Nempe tranquillè, ordinatè, moderatè, fluentes. Iterum autem, tanquam obſervationem ab ipſa experientia petitam, adducat, quod tales morbi, ſuccedere ſentiantur, quando hæmorrhoides tales, vel emanent, vel improvide reprimuntur: Quamobrem etiam, expreſſis verbis, præcipit, in ſuſcipienda talium curatione, (*Mariscarum* nempe, vel *condylomatum* ita manantium) *unam aliquam apertam relinquere &c.*

Interim tamen, inter tales morbos, ita cum hæmorrhoidibus *conſpirantes*, non enumerat directe atque proprie, illos affectus, quos certe huc referre, ipſa quoque experientia monet.

Excepto eo, quod alicubi, in *Iſchiatico* morbo, culpam referat in *Venam homorrhou-*

rhousam, per crus excurrentem. Nostri certe temporis anatomicis, tali nomine non venientem, interim omnino cum venis hæmorrhoidalibus *externis* connexam.

Quemadmodum etiam ipsa experientia multis obviis exemplis confirmat, quod hæmorrhoides, etiam una cum importuniore *podagra* & *Ischiatico* malo, & ipso *calculo* renum, subinde simul concursent. Nempe, ubi vel ægrorum, vel inconditarum empiricarum medicationum culpa, perturbationes introductæ fuerunt.

Quemadmodum etiam, præsertim in annosioribus, sæpius conatus, aliquando etiam effectus *mictus cruenti*, cum hæmorrhoidalibus conatibus impeditis, conspirare observantur.

Talis itaque vera constitutio hujusmodi *conspirationum*, ad veriorem *pathalogicum* intellectum, cum industria notanda mihi visa est. Unde etiam *Therapiæ*, seu veræ *methodi* medendi, talibus conspirationibus, superstructa, vera via, prospici, imo iniri possit.

Nempe, etiam *præservativis* magis, quam simpliciter nudè *curativis*, scopis, ven-

ventilationes aliquas congruas instituendo.

Deinde vero convenientes resolutiones, discussiones, & sedationes, gliscentium commotionum vel ebullitionum, tempestive subjungendo.

Prudentissime vero evitando, ne quid usquam suscipiatur, quod conspirantibus illis, nedum aliquando sensibilius jam complicatis, reliquis moliminibus, notabiliter adversetur. Quod quidem tanto facilius evitare licet, cum singulis horum, utiliter adhibenda remedia, etiam universis conducant: nempe usque ad speciales aliquas, veluti locales tantum, circumstantias, quæ magis particularem medicationem admittunt: quæ interim, generaliori indoli affectus, ne quid præjudicii objiciat, studiose cavendum est.

Hæ certe considerationes *connexionum*, conaminum hæmorrhagicorum, & ab illorum difficili successu, subsequentium aliorum affectuum; licet in singulis corporis regionibus, locum inveniant: tamen vix in alia, tantam contumaciam, procedente tempore, adsciscunt, quam in hæmorrhoidacia regione.

Unde, cum hoc negotium, pro viribus commonſtrare, jam à tanto tempore, ſtuduerim, eo magis, cum alibi hanc materiam, nusquam, neque ſecundum exquiſitam veritatem, hiſtoricam, quam ſecundum dignitatem eventuum, enucleatam invenerim: non ſuperfluum duco, adhuc ſemel, preſſiore deductione quaſi ruminare. Quod ſubſequente diſſertatione exequi confido.

TRA-

TRACTATUS I.

THeoria Medica, complectitur notitiam, & intellectum ſeu rationes, corporis humani, *Vivi*; & quo usque, *Artis poteſtati*, conſiliis, & auxiliis, illi ſubſervire integrum eſt. Hic, primo ſtatim loco, animadvertit *Theoria*, quod corpus, in *humida* ſua temperie, proclive ſit, in varias *corruptiones*, craſin ejus pervertentes:

Solida vero ſui textura, & ſtructura, illud *fragile*, & lacerabile, agnoſcit.

Utrumque hoc, ex ejus propria *materiali*, conſtitutione.

Animadvertit autem, prorſus è *contrario*, quod hoc idem corpus, quantumcunque ita *corruptibile*; tamen ab actu & *effectu* corruptio-

ruptionis, liberum & immune manere & per-
ſiſtere poſſit:

Aut, hoc ſi aliquando damnum aliquo
incurrat, ab illo tamen, in fluido-humidi
partibus, *repurgetur*; & in ſolidis, resarcia-
tur & *reparetur*.

Et hoc utrumque, innumeris exempli
etiam ſine externa ope; ſola inſita & imma-
nente, interna poteſtate & activitate.

Ubi contemplatione aſſequitur, rationa-
lis Theoria, quod vera & realis contrarieta
præſto ſit, inter corpus, in ſe ipſo ſpectatum

Et corpus, quatenus Vivum dicitur; nem-
pe quatenus ab actu & effectu corruptio-
nis, præſervatur, conſervatur, aut reparatu

Hic quidem, in genere, facile perſpicen
poteſt, quod corruptio corpori impendea
a materiali ejus conſtitutione:

Conſervatio vero, a Motibus; omnem
corruptelam dimoventibus, ſemoventibus
& emoventibus, ſeu ejicientibus:

Reparationes autem, admotione, ordina-
ta appoſitione, & debita tandem connexio-
ne, juſta proportione, abſolventibus.

Unde intelligit, quod *vita*, quatenus d
corpore dicitur, propriiſſime ſit *Conſervati*
corporis, in plena ſua potentia *corruptibi-
litatis*:

Sed perpetuo interverſo & depulſo, libe-
ro hujus *actu*, & *effectu*.

Ulterius, bene advertendo animum, agno-
ſcit

ſcit, quod tota hæc actio conſervatoria, procedat equidem *Mechanicè;*

Sed exerceatur, adminiſtretur, atque *dirigatur, Organice.*

Eo usque, ut poſſit etiam *non fieri, omitti, inordinate* gubernari:

Nempe nulla *neceſſitate materialis* conſtitutionis; Quæ motus ipſos, ſimpliciter, impellat, ut fiant, aut ita, & non aliter, fiant.

Sed unicè, (ut in ſcholis loquuntur, *externa* cauſandi ratione) *finali* inſtinctu: *Propter* quem finem, actio movendi, fieri *debet*, poteſt, atque ſolet.

Si nullus *error*, ad agendum, & in agendo, negotium gerendum turbet.

Ubi nempe totam rem plenisſime illuſtrat, ingens, & ſubinde præſentiſſima, *turbatio* motuum debitorum, a nudis *imaginariis*, & *fictitiis*, *phantaſticis*, animi, falſo, ut fruſtra; aut confuſæ, ratiocinantis, Pathematibus. A quibus aliquando etiam totum *ſyſtema* motuum, qui *vitam* præſtare debebant, vel in momento, ſiſtitur, & *mors* inducitur: aut ad minimum ſenſibilisſime, (in *pulſu* cordis, & *tono* partium,) turbatur; ut in repentino ingente *terrore* etiam a falſo, aut per malitiam ficto nuntio; aut per repentinam præſumptionem, ex metum; ſibi præfigurato) quotidianum eſt: neque minus in repentina *nauſea*, ad vomitum usque connitente, e ſola commemora-

moratione aut recordatione, fœdæ alicuju
rei: aut inconfusione mentis, e solo discu
su, de sanguinis missione, vulneratione, a
conspecto sanguine, etiam è levi vulne
alieni digiti, &c.

Et hæc singula in talis hominis corpor
quod de reliquo, in se ipso, non aliter, qua
perfecte & exquisite *sanum* sentitur.

Ex his inquam, quotidianis, & vulgò not
effectibus, tanquam ad ipsum sensum, eluce
quantò eminentius, in *corpus*, & ejus m
chanicas *agilitates*, jus habeant *motus*,
eorum *activitas* & *potestas*: nullaten
materiæ necessitati innitens.

Et quidem, dum etiam per *errorem* tu
bati, adeo multum possunt, extra omnem j
stum ordinem:

Quid, tantò magis, præstare valeant, co
stante, tranquillo, & bene ordinato, atq
gubernato, impulsu:

Qui talis, tum *innato* instinctu, tu
perenni, & jugiter continuato, *usu*, in *ha*
tum deductus, intelligi potest, quantum
leat efficere.

Si verò jam, hæ contemplationes, aliqua
to specialius restringuntur, facillime co
prehendere licet, quod omnes *motus*, c
ad intervertendas corruptiones, & p
servandum atque conservandum corpus,
lent; perficiant rerum alienarum, indefin
t

em *diſtractionem;* ne alicui obhæreſcere,
x velut nidulari poſſint:

Aut, ſicubi hoc contingat, earum *abſterſionem* & diſſolutionem, reſpiciant.

Deinde vero, ad convenientia loca *ſepoſitionem;* per *ſecretionem*, è latifundio humorum: Et tandem *eliminationem*, & *excretionem*, è toto corpore.

Ut adeo corpus, perpetuâ tali *depuratione*, ı ſua propria, & ipſo actu *incorrupta*, inteıritate conſervetur.

Hujus rei, citrà omnes perplexas ſpeculaones, documenta, ita ante oculos ſunt, ut on tam per millenarios, ſed per myriadas, onnumerare liceat, homines, qui multis itæ ſuæ annis, vel penitùs immunes viant, à ſanitatis perturbatione;

Vel ad minimum, ſi aliquando, per cauſas tis apparentes, hæc turbetur, tamen illam ecuperent:

Et quidem, latiſſime patente numero, ſine *xterna* ope, conſiliis, vel auxiliis:

Sola *interna* illa, & domeſtica, *motus* ſatares agitandi poteſtate, ejusque legitima, proportionata, adminiſtratione.

Hæ obſervationes, & bene penſitatæ aniadverſiones, & inde collectæ rationes (ſae rationi conformes) fundamentum conſtuunt, Medicæ *Theoriæ*.

Nempe ſubſumtionis, & concluſionis, uando, quomodo, & quo proceſſu, etiam

externa ſubſidia, ſanitati corporis ſubminiſtrari poſſint.

Primò omnium, *Conſilio*; præmonſtrando, ubi opus eſt, quid utile ſit, aut plane jam neceſſarium, obſervare, & ſervare.

Deinde etiam, ſi res jam exigat, *auxiliis*; quæ inprimis *materias*, jam prævaleſcentes, infringant:

Et *motus*, eo ipſo, expediant; aut, ſegniores excitent: aut turbulentos componant: aut devios, in convenientiorem viam revocent.

In quibus negotiis, *arte* inſtruendis, & gerendis; ſemper tamen ante oculos manere debet, *cooperatio* illa interna, ſpontanea.

Tum è generali ejus cognitione, recta atque juſta; qualis perpetuò eſſe debet:

Tum ſpecialis, qualis, in quolibet præſente caſu, & præſente tempore, ſentitur: In genere quidem adhuc qualitercunque *activa*: In ſpecie vero, vel à *materia*, impeditior: vel ipſo *ordine* agendi, & *in agendo*, vacillans, aut *exerrans*.

Hæ conſiderationes rectè intellectæ, unicum ſolidum fundamentum ſubſternunt, tam veræ *Pathologiæ*;

Et, è vera & conſtante *hiſtoria* morborum, rationes comprehendere docent, cur, in talibus conſtitutionibus, tales progreſſus, ſucceſſus, & eventus, obtingant:

Tum *Therapiæ*, veras rationes ſuppeditant;

ant; primo quidem, *ſpontaneæ* therapiæ: quomodo (innumeris exemplis,) ſine *externa* ope, morbi decurrant, atque terminentur: quibus ſucceſſibus, temporibus, & univerſo proceſſu:

Tum *artificiali*, ſubſidiariæ, therapiæ; quomodo *materiis* alienis, corpus inquinantibus, tam infringendis, quàm emovendis, cum *ſocia* naturæ opera, occurri poſſit.

Univerſa vero, & ſolidiſſima, hujus *theoriæ* firmitas, illi fundamento innititur, ut omnium harum rerum veritas, *Vitæ* inquam, atque *ſanitatis*, conſtans poteſtas atque methodus, ſpectetur, in millenariis exemplorum; hominum, in ſimplici ratione *victus*, & tranquilla *animi* æquitate, viventium.

Unde nempe tanto facilior eſt comparatio, ad immenſum quantum pauciorem numerum, illorum, qui per *intemperantiam*, *climatis* duritiem aut intemperiem, *victus* duritiem, aut contra, *luxum*, & *animi* malos mores atque motus, ſanitatis perturbationes incurrunt. Quales cum præcipue *Medicorum* opem ſollicitent, certe malâ conſequentiâ, à talibus ſingularibus, nedum forte *ſingulis*, exemplis; ad totum coetum mortalium, univerſalis extenſio præfiguratur.

Dum, & verius, & nimio planius eſſet, in illa ſphæra perſiſtere; ut, qui *ſpecialioribus* cauſis, modo tactis, in unum conſpirant:

 Illis

Illis etiam exempla illa, in aliis *ſimilibus* obſervata, applicentur:

Omnes vero tales, quotcunque illorum usquam occurrunt, ad *univerſalem* illam, vitæ atque ſanitatis rationem, revocentur, & comparentur, qua alter, immenſus numerus, mortalium, fruitur & potitur.

Unde utique ſummo jure contemnitur, imo, ſi ita placet, deridetur, omni modo abſona illa practicorum quorumcunque intemperantia; qui promiſcuè, omnibus obviis, nihil minus quàm iſtorum officio opus habentibus, artificiorum, ſi nihil aliud, ad minimum *intempeſtivum*, uſum, ſuadere, imo perſuadere, ſatagunt.

Quo abuſu, etiam exquiſite *ſani*, ſæpe commotionibus & *turbationibus*, tranquilli ſui ſtatus, exponuntur: imo, in tales *adſuetudines* temerè implicantur, quæ in poſterum iterum neglectæ, alias ipſis inuſitatas, & à regula ſanitatis divagantes, commotiones inducunt. Quod vel ſolius, temerè, & ſine ulla probabili ratione, in adſuetudinem deductæ, *ſcarificationis* exemplo, etiam ipſi plebi notum eſt.

Imo, in ipſa *diæta*, ſobria alioquin, & ſimpliciore; ab inſuetorum, variorum, edulium, potum, motuum, aut ſegnis quietis, intemperante admiſſione, ſanis etiam hominibus, ſæpè ſatis evidentem turbationem evenire experimur. Vulgatum eſt dicterium, ſanis omnia eſſe ſana; ſed certe non ignotum, quomodo

modo cum grano ſalis accipiendum: ne vel in *quantitate*, vel adhuc minus, in *qualitate*, & tempore edendi qualiscunque exceſſus admittatur.

Dum, ex adverſo, in *ſimplicitate*, & *moderato* uſu, rerum non-naturalium, nullum periculum, aut ſiniſter eventus, obſervatur.

Quibus rebus ita, ſecundum ſanam rationem æſtimatis, facile erit comprehendere, quod bene & tranquille viventibus, & proſpera ſanitate fruentibus; & ad hujus normam ſe gerentibus; & hoc etiam ſervare, & æqualiter proſequi valentibus: Nemo prudens medicus ſuadere debeat, quæcunque *artificia* in ſe admittere, vel experiri.

Illis autem, qui jam à regula ſanitatis deflectunt, bene perſpectis & perpenſis cauſis, quæ illos turbant; primo omnium loco, recto *Conſilio* ſubvenire, juſtum & æquum erit: Ut ſibi caveant, à talibus initiis, quæ, ſerius ocyus, ſenſibiliores perturbationes illis inducere valerent.

Tanto magis, ſi in tali vitæ ratione velut *irretiti* ſint, quæ regulis, liberæ, bene compoſitæ, bene ordinatæ, & tranquillæ, ſanitatis, etiam ſecundum ſanam rationem, nedum experientiam, aliquid detrahere intelligi poſſit.

In quo negotio, non poſſunt non aberrare, nulla neque ratione, nec judicio, diſcretione, aut prudentia, potiti *Empirici*; qui, quæ cum omni diſtinctione, & diviſione, generum &

ſpecierum, exquiſito ordine deducuntur: præpoſtero turbine gyrant, & dum *ſpecies*, quid ſint, intelligere non poſſunt, etiam totum *genus* invertunt.

Prima, & præcipua, dignitas, ad vitalem conſervationem, & liberam ſanitatem, nemine contradicente, eſt *ſanguinis*.

Non quidem in *ſe ipſo*; utpote quo intuitu non ſolum verè prima eſt ſubſtantia, graviſſimæ *corruptioni*, putredini ſcil. exquiſitæ apta.

Adeo quidem, ut, quo magis *ſincerus* eſt, & *floridus*; ſanguis, inquam, proprie dictus: eo magis corruptioni tali quadret.

Sed ſimpliciter in ordine ad facilem, expeditum, & liberum, ſui *Motum*.

Ad quem, tam *quantitate* proportionata, quàm *qualitate*, bene temperata, & *fluxilitate* juſta, agilis atque habilis eſſe debet.

Alias enim, etiam ipſa *quantitate* notabiliter excedens, tam *impulſum* prægravat, quàm *circuitum* remoratur, partes ſolidas etiam ipſas, tendit atque premit. *Agitationibus* inſuper intemperantibus, corporis, imo ipſius *animi*; & inde *motibus* auctioribus juſto: *Intumeſcit* & *ſpumeſcit*, ultra quam partes & meatus, ſine incommodo, permittere aut tolerare poſſint.

Quin imò, ipſa inquam *quantitate* excedens, tanto facilius, per prægravationem liberi motus & circuitus ſenſim *ſpiſſeſcit*; & ita ſucceſſum debiti *motus* moratur.

Qua-

Qualitatis autem ejus aliæ intemperies, uti omnino contingere poſſunt; ita tamen non æque latè patent, quam verè inſignis *abundantiæ* incommoda:

Et propemodum magis per ſpeciales *corruptiones* ſupervenientes, demum ſeſe exerunt, quam ut *directe*, generaliores malos effectus exſerant.

Imo, ſi res debitæ & exquiſite, perpendatur, *pauciora*, quam vulgo inſimulantur, ſanguinis *craſeos* agnoſcentur vitia; ſed potius *maſſæ ſanguineæ;* nempe *ſeri* atque *lymphæ*, in una *ſocietate* cum ſanguine incedentium.

Juxta hanc veram conſtitutionem, prodit ſe etiam, *prima* & ſimpliciſſima *ſanitatis* declinatio, in accumulata ſanguinis *abundantia*, ſeu *Plethora.*

Poſſe *ſanguinem*, ultra neceſſitatem, cumulari; facile colligitur e notiſſimis exemplis, 1) *Edacitatis*, imo voracitatis, non ſolum præter omnem neceſſitatem: ſed etiam ſæpe, ad ſenſibilem Stomachi *gravationem:* donec ſenſim percoquatur, quod ingurgitatum eſt:

2) E proventu non ſolum, ſed *accumulatione*, *pinguedinis;* præter omnem neceſſitatem, imò vel tantum probabilem *uſum*, colligi, & peculiariter *conſervari*, ſolitæ: Cum e ſua propria indole, etiam ipſa *corruptioni*, licet lentæ, certiſſimè obnoxia eſſet & fieri poſſit.

Ta-

Talem autem *abundantiam* ſanguinis, onerare, ſimplicem, & ſibi conſtantem, *ſanitatem;* ſatis elucet ex eo, quod verè *plethorici,* ad varios liberos motus corporis, manifeſto ineptiores ſint, quàm alii homines. Alacrius, & diutius ambulare, acclivia aſcendere, currere, ſine prompta fatigatione & laſſitudine, tenſione & gravitate artuum, non valeant; ad Frigus, aut notabilem calorem, ſenſibiliores: Ab alacriore motu æſtuantes: ipſa quiete, gravitatem, & pigritiam, ſentientes: A motu, anheli: Poſt motus, quaſi contuſorium dolorem in artubus ſentientes, ſæpe per unum vel alterum diem vix abeuntem &c.

Imo fortiore corporis motu præſertim repentino, vel *diarias*, vel *longiores*, *febres*, promtius, quàm alii, incurrant: Quod idem etiam, a largiore *vini* potu, non raro ipſis, *præ aliis*, obtingit: Aut ad minimum ſenſiles *dolores* capitis, non niſi ſenſim ſubſidentes &c.

Quæ omnia, a *ſanitatis* norma, utique ad ipſum ſenſum recedunt.

Jam, cum *abundantia* ſanguinis non alia ſimpliciore methodo & Ratione, iminui poſſit, quam detractione, ſeu ſincera *depletione* alicujus menſuræ; ſuſcipit hoc opus ſubinde, ipſa Natura: Per *ſpontaneas Hæmorrhagias.*

Quando nempè occaſionales cauſæ, ſanguinem ita abundantem, ita *commovent*, ut moleſtias inferat: Aut plane *periculum* ſtagnatio-

gnatio-

gnationis, ſtaſeos, & inde gravis corruptionis, merito timeri poſſit.

Unde quidem *depletio* talis, (abundantis ſanguinis) ſpontanea, ſeu *hæmorrhagia*, in genere, & *in ſe ipſa*, nihil mali poſt ſe trahit;

Dum modo *facile, tranquille*, & *moderate*, ſuccedat.

[Quod ipſa Plebs, rectius ſæpe, quam ſpeculatores, intelligit; Quando puerum, aut adoleſcentem, cætera ſanum, bene coloratum ſanguinem e naribus deſtillare vident, jubentes, ut ſolum ſinatur, quia caput illi inde levius futurum ſit.]

Et toti millenarii exemplorum præſto ſunt, ubi, ſine metu, aut malo eventu, talis hæmorrhagia facilè imò commodè, toleratur.

Dummodo neque *ſæpius*, per cauſas occaſionales, irritetur; nequè juſto largius profundatur: Neque, impeditius procedendo, contentiones ſenſiles circa caput, ſuccedant:

Neque in *adſuetudinem* deducatur; Qua non ſolum juſto *ſæpius* adornatur: ſed etiam magis magisque, per *leviores* cauſas, & occaſiones:

Quales proinde etiam *evitare*, ipſa ratio ſuadet. Ne tranquilliori regulæ ſanitatis, turbatio inde inducatur: ut ab omnibus intemperantiæ adſuetudinibus.

Sicut autem jam ſupra tactum eſt, quod in *Motibus* inſtituendis, & adminiſtrandis, etiam

ſine

ſine *materiarum* culpa, *errores* admitti poſſint;

Ad quod etiam, vix non primo loco, *Adſuetudo* referri debet; Quando nempe nimia promtitudine, antequam, aut plus quam res ipſa poſtulat, *motus* ſuſcipiuntur, continuantur, aut repetuntur: Aut velut impetu impelluntur:

Ita poteſt etiam conditio *materiæ*, *ſucceſſui* minus opportuna, liberum & facilem motus ſucceſſum implicare, ut difficilius ſuccedat, aut ad exitum pertingat.

A quo impedimento, circa partem, imo ſubinde latiùs, circa ipſas regiones exituum, *ſtagnationes*, *tenſiones*, & tamen pertinaces *contentiones*, eveniunt; Quæ ulterioribus incommodis, materiam ſubminiſtrant.

Ubi nempè *apparatus* ipſe, ad expreſſionem quaſi ſanguinis, tendens, facile agnoſci poteſt. Dum *Tonica* reſtrictione, proportionata, è reliquo corpore, plus ſanguinis, quàm pro ſimplici *æquali* diſtributione, & proportione, fieri ſolet, ad talem regionem dirigitur, ubi exitui (ſi cætera ſint paria) liberior via patet.

Quando vero vel ipſi tales meatus juſto magis *denſati* ſunt; vel ſanguis juſto *ſpiſſior*, ad liberè effluendum minus proclivis eſt: Nedum ſi *utrumque* horum unà concurrit:

Tunc fiunt utique, per illam regionem, *ſtagnationes*; ab his *tenſiones*, vaſorum infla-

flationes; calores, rubores, dolores, gravitates, & pressiones: Imo, vel plane aliquæ stases, *inflammationes*, *suppurationes*, *ulcerationes*.

Aut, altius *secedentibus* fluxilioribus, aquoso-serosis partibus, harum *effluxus*; *coryza*, *screatus*, *sputationes* aut *scabiosæ* efflorescentiæ, & ulcerationes: aut inflatio palpebrarum faciei, tonsillarum (in capite, alibi aliarum partium serosæ inflationes).

Hac equidem ratione, uti dictum, sincera *depletio*, simplicissimum est præoccupandi remedium; quando benè & facilè succedit:

Quando verò impeditius, aut minus ordinatè, procedit, tunc utique plurimum *præstaret*, ne tentaretur, hac via: aut certè non pertinacius susciperetur:

Ad evitandum nempe incommodiora illa *consectaria*, quæ impeditum successum stipare solent.

Nempe optimum utique est, & semper manet, quando, servata bene ordinata vivendi ratione; edendo, & bibendo, ut vivamus, non vivendo ut edamus: Et proportionem servando, inter *victum*, & *motum*, seu laborem: omnia in tranquillo successu manent.

[Unde recte Apostolus constituit, quod qui non laborat, nec etiam debeat edere.]

Illis autem, quibus hoc consilium minime placet, tanto certius, recte quidem & ordine, deinde eveniunt, incommodiores illi successus, & laboriosi eventus. Dum

Dum utique talibus, temperantiam, continentiam, laborem, & ipſius animi tranquillitatem atque moderationem ſuadere, nihil aliud eſt, quam ſurdis fabulam narrare.

Unde nihil reſtat, niſi ut ipſis in illa via, quam calcare inſiſtunt, *obviam* procedas, & lapides offenſionis, prudenter de medio tollas.

Enim vero, quàm abſurdum fuerit, bene ſanis, *neceſſitatem* medicationis perſuadere velle;

Tam conſonum, ex adverſo, eſt rationi, indigentibus, *conſilium* offerre.

Id quod, in ſubſtrata materia, ſimpliciſſimum utique eſt, aut inſignis inde uſus, ut *depletio* artificialis commendetur; *Si illa opus eſſe judicetur.*

Quæ *prudenter, tempeſtive,* & proportionate, adminiſtrata; qualemcunque neceſſitatem *præoccupat,* ne ſpontaneis illis *conatibus,* materia relinquatur:

In quam inſurgere contendant; & vel impedimentis, difficiliorem ſucceſſum aſſequantur: vel, per ſe veluti, in *modo* agendi, *menſura,* & *proportione,* deflectant:

Imprimis, quando ad talia *loca,* vel ſponte inclinant, vel provocantur, in quibus caput negotii, nempe *libera* evacuatio, variis conditionibus, difficilior reddatur.

Certum itaque, & omnino ratum eſt; tam ratione, quam experientia, conſentientibus: quod ſanguinis *inſignis* abundantia, *primam*

oc-

occaſionem, præbeat, plus minus ſenſibilibus moleſtiis, & *onerationibus* Sanitatis;

Et propterea ad multas *actiones*, liberè, & pari paſſu cum aliis hominibus, præſtandas, minus idoneos reddat:

Adeoque omnino neceſſitatem injungat, à multis rebus, quæ recte ſano homini liberæ ſunt, vel abſtinendi, vel cum multa circumſpectione iis utendi.

Quod, ſi neglitur, certis majoribus incommodis, homo ſic affectus exponitur, & ſubjicitur.

Ante omnia, ſi abundantem ſuum ſanguinem, vel repente, vel intemperanter, *commoveat*, expandat, turgefaciat.

Sive *victu*, potu, motu, intemperante; ſive ipſis *animi* gravioribus emotionibus: ſive vitæ generis, climatis, tempeſtatum, non evitandis, injuriis.

Ut nihil dicam, de *ſpecialioribus* concurrentibus, vel interdum longius *prægreſſis*, morbis; qui longam impreſſionem, & *diſpoſitionem*, ad *novas* turbas admittendas, reliquerunt. Imprimis vulnerum hæmorrhagia.

Talibus itaque; non autem, ut væcordes Empyrici fingunt, *omnibus* hominibus promiſcuè, ſatis ſanis, & convenienter ad ſanitatem viventibus; tam ſpontanea illa *conamina* hæmorrhagica, impendent:

Quam prudenter penſitata, *conſilia*, faci-

lium *præoccupationum*, per artificiales de-pletiones, deſtinantur.

Tanto felicius, ſi etiam præmonſtrationi-bus, (non agyrtarum talium garrulitat phantaſticis; ſed) ſimpliciore ratione, & partim ipſorum ægrorum experientia lucu-lentis, magis magisque diſponi poſſint, ut a aliis rebus, *occaſiones* & fomites præbenti-bus, ſibi moderari conſentiant.

Certe non futilis Empiriæ, ſed circum-ſpectæ, oculatæ, imò diligenter ad animum revocatæ, conſtantis experientiæ eſt obſer-vatio; quam jam à bis mille annis (& credi-bile, ab antiquioribus acceptam) conſigna-vit, & ad poſteritatem transmiſit, *Hippocra-tes*, III. *Aphor. ultimis* textibus.

Quod in ſingulis *ætatum* gradibus, *ſpon-taneæ* quædam excretiones ſanguinis, fami-liares eſſe ſoleant hominibus;

Nempe non, juxta ſtupidas phantaſias *omnibus* & ſingulis; ſed peculiari ratione, a vacillationem ſanitatis declinantibus.

Unde non loquitur, de hominibus, qui *pe ætatem* in morbos incidunt;

Sed de *morbis*, qui in *ætates* incidunt nempe in hominibus, qui ægrotare incipiun

Nempe, ſi homines morbos incurrant illis, ſub certis *ætatum* gradibus, tales præ-cipuè, quos enumerat, morbi obtingant:

Magis, facilius, & *familiarius*, quam di-verſam ætatem agentibus.

Dign

Digna certe fuiſſet hæc obſervatio, quæ el à ſeculis, quantum fieri poteſt, exquiſite nſiderata, &, quemadmodum experientia nſtante confirmatur, ita rationibus illu-ata, & deducta fuiſſet.

Ut inde & *hiſtoriæ* veræ morborum, & eo-m *conſpirationi*, & reciprocæ *connexioni*, x affulſiſſet.

Sed adeo magis placuit, omni ævo, in la-ſimas ambages, imo labyrinthos, evagari; ſimplex & plana via regia, vel planè ex-a conſpectum relicta manſerit. Sed inane, de præteritis quiritari.

Eſt autem, hodieque, & erit, quamdiu mines erunt, tempus, veritatem obſer-ndi, atque contemplandi.

Hæc primo loco conſtantiſſimè teſtabitur, od veriſſima ſit, *Hippocratica* illa tradi-; quod diverſis gradibus ætatum, diverſæ ecies morborum obtingant:

Quarum ſingulæ, aliis periodis ætatum, ne peculiaribus, accidentalibus, præſertim ternis, aut plane violentis, cauſis,) vel pla-nunquam, vel non niſi rariſſime eveniunt. [Dum v. g. puerili ætati, nec hæmorrhoi-s, nec Iſchiaticum malum, nequè Gona-a aut Podagra, nec ipſe verus calculus num: neque facile pleuritis, aut vera ripneumonia, aut vera, ſimplex, tacita, hæ-ptyſis, &c. accidunt.]

Facilius autem, in periodis ætatum *poſte-*

rioribus palindrome ſeu recurſus concitat ad regiones, quæ *præcedentibus* ætatib morborum invaſioni opportunæ eſſe ſole

Secundo loco, etiam illud conſtanter rum eſt, quod ſingulis *ætatum* gradibus, diverſis *locis*, inſignioris ambitus, ſpontar *hæmorrhagiæ* obtingere ſoleant.

Tertio, & illud verum invenitur, q illi morboſi affectus, (niſi externæ, accid tales, aut plus minus, violentæ, occaſior aliquid turbent,) qui *ſingulis* ætatum g dibus familiariter accidere ſolent; exſer ſe circa illas *partes*, confinia, atque region in quibus *hæmorrhagiæ*, illi ætati, peculi ter, evenire conſueverunt.

Occurrunt hæc omnia, etiam nudis ſe bus; contemplatione vero, ſed minime l ginqua, aut multum ſpeculativa, facile p ſpici poteſt, quod illi ætatum morbi, pe liares, quod *Quartum* eſt, *initia* ſua ſum a *ſtagnatione* humorum, per illas *regio* per illa loca; aut plane in illas partes, c eruptioni *hæmorrhagicæ*, ejus *ætatis*, jacent.

Quinto vero loco nec illud dubia ſpe latione indiget, quod ad hæmorrhagiam *intra* exprimendam, *congeſtio* quædam cialior ſanguinis, ad tales regiones, eo gis neceſſaria ſit; quanto impeditius ex ipſe ſuccedit.

Unde, *Sexto*, etiam *contentio*, circa

ca insistit. Quæ, pro diversis circumstan-
s accidentalibus, aliquando quidem, pau-
rum dierum decursu, sensim iterum di-
ttit: si vero pertinacius continuatur, tan-
magis sensibiles reddit, stagnatorios illos
ectus, & illorum ulteriores effectus.

Ubi, in specie magnæ certæ consideratio-
negotium, *Adsuetudo*, certam culpam
t; Ut non solum promptius, & subinde
portunius, appulsus ille suscipiatur: sed
am obstinatius, & diutius, contentio illa
ntinuetur. Uti jam plus semel moni-
m est.

Qua pertinacia, affectus, stagnationem ta-
n comitantes, aut insequentes, non solum
ventur, sed etiam intenduntur.

Evidens hæc conspiratio, imo connexio,
er hæmorrhagias ipsas, & *Apparatum*, ad
rum expressionem; quam diu neglecta
t, aut hodieque manet: In auia ducit,
nem veram *Pathologiam*, seu rationem,
ræ indolis, præcipue verò originis, specia-
m talium morborum, in *ætates* inciden-
m.

Dum illi, extra veram conspirationem &
nnexionem, singulatim spectantur; & non
n secundum regiones, aut latiora loca:
artius, secundum *partes*, imo *particulas*,
quas eventus, aut tandem ultimus effe-
s, incidisse conspicitur, æstimantur atque
trahuntur.

[Unde ferè fit, ut in tractandis *ſingulis* libus affectibus, nihil conſtans obtineatu ſed rivulorum quaſi exhauſtio inſtituatu *ſcaturigine*, aut fonte, libertati ſuæ relict é quibus, quoties exundatio aliqua cont git, profluentes etiam illi rivi, denuò excu runt. A quo eventu, diverſum utique quando vel ipſa *ſcaturigo*, ſubfodiendo tercipi poteſt: Aut ad commodiora loca duci, ubi minus, aut nihil, moleſtiæ crea poſſit.]

Ex his *veris* conſiderationibus, ſicut i quoque veritas elucet, quod morbi *ætatu* non tam genere, nec ipſa quidem *ſub alte na* ſpecie, longè a ſe mutuo differant;

Sed ſolis conditionibus *locorum* atque pa tium, in quas, ſecundum differentes *region* corporis, incumbunt.

Ita hæc veritas, non ſolum planiore conſpectum *Pathologiæ* pandit; ſed etia ipſi *Therapiæ*, ad regulas ipſius *æconomiæ an malis* dirigendæ, viam monſtrat: Tan magis, quando exempla talia, uti nequ quam rara ſunt, recte animadvertuntur, qu bus, *ſine externa ope*, ſpontaneæ tales diſſ lutiones, aut diſcuſſiones, variorum taliu affectuum, perficiuntur:

Aut, ex adverſo, ceſſantibus, aut negl ctis, prioribus, aut *primoribus*, affectibu ſuccedanei illi, mox, iſtorum quaſi veſtig legunt, & inſequuntur.

Fr

Frustra vero certe, & irritum fuerit, praxi nulla potientibus, aut illam cum industria respicere negligentibus; imo vel solum ipsos ægros, de *ortu*, seu initiis, *processu* & *progressu* pathematum suorum, aut prægressis dispositionibus, audire aspernantibus, de hujusmodi rebus sermocinari.

Tantundem etiam, illis talia inculcare, qui, etiam contrà ipsorum sensuum documenta, *universum* mortalium coetum, ad hujusmodi eventus ita trahunt; ut, quod in multis, imo magno horum numero, non evenit, illud nec in aliis, hinc inde evenire posse & solere, comprehendant: Aut, quod etiam crassius est, quod in paucioribus, (per particulares causas, improvidæ aut impotentis vivendi rationis,) evenit; illud ad totam *universitatem*, causas tales non admittentium, extendunt. Imo reciprocis talibus confusionibus, non solum rationis, sed ipsorum sensuum, testimonia, nunquam assequi possunt.

Ut propius ad rem nostram accedamus, spontanea *interna* Therapia, non temere, aut sine causis, sana ratione facile comprehendentis, *plethoram*, quam per cupiditates *inconsultas* collegit;

Neque alacritate motuum corporis, per *desidiam*, aut quam vocant commoditatem, corrigere voluit: Aut, per *civilia* impedimenta, nequidem potuit:

Quando hæc abundantia, per alias occasiones, exagitata, moleſtior evadit; Aut pericula quædam minari incipit:

Tunc inquam, ſincera aliqua depletione impendentibus incommodis, vel occurrere vel ſuccurrere, ſuſcipit: Ipſa illa *interna* Spontanea Therapia.

Ita inſtituuntur *hæmorrhagiæ*, quæ, quando placidè & tranquillè, & moderatè, ſuccedunt: Innumeris experientiæ teſtimoniis, non ſolum nihil inſignis incommodi adferunt; ſed etjam nihil talis poſt ſeſe trahunt.

Illud autem omnino etiam verum eſt, quod ipſæ tales hæmorrhagiæ quantumcunque placide, facile, & moderate, procedant & ſuccedant; propterea non ſint actus aliquis, ſinceræ atque plenæ *ſanitati*, debitus; ſed omnino jam *declinationem* ejus, a ſimplici ejus regula, pro objecto habens.

Interim *leviſſimus* certe affectus, & effectus, ex omnibus, qui, omiſſo hoc, variis aliis, vel commotionibus, vel corruptionibus, ex illa abundantia, ſequi poſſunt, & ſubinde ſolent.

Præſervatio certe, hac ratione, ab ulterioribus, diverſi generis, & gravioris effectus, pejoribus *ſucceſſibus*.

Hoc maxime intuitu, ſolidum, & ſimpliciſſimum inſuper, fundamentum, tam veræ *Pathologiae* ſubſternitur; Quam rationi conſonæ, *Therapiae*.

Illi,

Illi, ut non ſolum veritatem connexionis, atque conſecutionis, ſeu ſyſtematis, inter ſe conſpirantium multorum affectuum, inde aſſequatur;

Sed etiam juſtam & veracem æſtimationem eorundem, comprehendat; Et ad prædictiones, manuducat, tam retro, quid probabiliter (vel inde a longo tempore) præceſſerit: quam in futurum, ſubſequi & evenire poſſit: niſi bene conſulta vivendi ratione, aut opportunis tempeſtivis præſidiis, proſpiciatur.

Ubi nempe, ſi locum inveniat prudens *Conſilium*, ut ipſa vitæ ratione bene ordinata, & proventui, & ſucceſſui ac eventui, cauſarum ſuſpectarum, aditus præſcindatur; aliis, neque conſiliis, neque auxiliis, opus erit.

Si vero talia non admittantur; aut per alienum, vitæ, & occupationum genus, obſervari non poſſint:

Tunc utique nihil aliud relinquitur, niſi ut illud præſidii genus, quod alias etiam *ſponte* tentari ſolet; Et recte etiam, dummodo facile ſuccedat, ſuſcipitur; non, imprudenter, pro tali morboſo, affectu, aut effectu, declaretur, cui reſiſtere, illum cohibere, aut nudè ſupprimere, conſultum duci poſſit.

Nempe contra ſimplicis ſanæ rationis ordinem, *effectum* cohibere velle, *cauſa* in activitate ſua relicta.

Cum autem omnino ita ſit, quod ſpontaneæ illæ *praeſervatoriae* depletiones, non ſolum poſſint, ſed tanto magis, in ipſis exemplis, ſoleant, plus minus laboris faceſſere, aut accidentalibus impedimentis implicari.

Ibi certe prudentis *Conſilii* eſt, eo animum intendere; ſicuti faciliore quadam ratione atque via, illud, per *ſubſidium*, præſtari & ſuppleri poſſit: Quod per ipſam ſanam rationem improbari non poteſt, quando ſecundum manifeſtas circumſtantias, *ſponte* naturæ ſuſcipitur, ſed hîc laborioſiori *ſucceſſui* expoſitum eſt.

Ubi nempe iterum valet, quod ſuperius, de avocatione, & derivatione, per vias atque loca minus incommoda, diximus; ſi ipſe fons & ſcaturigo non poſſit occupari.

Eſt hic locus, de contemplatione quadam, ſine conſideratione facta, pauca notare.

Sinceras ſanguinis emiſſiones, averſantur, imo damnant, cum Helmontio, qui rhetorica ſpecioſa, *Vitae Theſaurum* vocant; Ignari quidem, præſertim illo adhuc tempore, *quomodo* vitæ ſanguis ſubſerviat:

Neque ulla ratione diſpicientes, quomodo ſanguis, vel ſenſim inſerum reſolvatur, & novus renaſcatur; per ſtatum etiam, & ordinem, exquiſitiſſimæ ſanitatis.

Nec etiam ad animum revocantes, quid in univerſo *ſexu* fœminino, plane ſecundum ejus naturam, atque ſanitatem, hoc nomine;

ita

ita fiat, ut, niſi recte & ordine ſuccedat, periclitentur, imo labefactentur, in ſanitate ſua, mulieres.

Nec omnino reminiſcentes, eorum, quæ quotidie in oculos incurrunt; quomodo nempe, tum per alios, conceptos, aut admiſſos, *impetus*: Aut per *vulnera* graviora, profuſiones ſanguinis ingentes obtingant. Quæ tamen, ſi decenter ſedantur, & commoda victus ratio ſubjungitur, ita ſanantur; ut ita læſi, ſi modo qualemcunque moderationem poſtea ſervent, non modo nullum ulterius periculum incurrant, ſed ne quidem notabile incommodum inde perſentiſcant.

Nedum autem, ut ſolum ſupra memorata, omnibus hominibus conſpicua, incommoda trutinarent, quæ *notabiliter* plethoricis, quotidianas moleſtias creant, quando aliorum, ſine tali abundantia, verè ſanorum hominum, alacritatem, & libertatem, in rerum non naturalium uſu, imitari volunt.

Sicut autem, ex his abunde allegatis, facile intelligitur, quod etiam ſpontaneæ hæmorrhagiæ (quæ ſine externa impetuoſa commotione, erumpunt) proprie *praeſervativo* ſcopo inſtituantur; ut gravioribus conſectariis, materia & occaſio ſubtrahatur;

Ita ſervandus etiam eſt, idem ſcopus, pro *artificiali*, bene *conſulta*, talis depletionis ſubſtitutione:

Extra paucos certe, aut rarius occurrentes, &

& jam fere ut plurimum *ambiguos* caſus; repentinæ ebullitionis ſanguinis, præſentius ventilandæ.

Dum, de reliquo, ipſi utique ſimplici rationi magis quadrat; ſi à ſanguinis abundantia, ſatis conſpicua, ſecuturæ plures, præſertim majores, moleſtiæ, incommoda, pericula, imminere judicari poſſunt:

Confirmantibus talis ſuſpicionis juſtitiam, quotidianis experimentis:

Tunc recti, & ſimplicis, ordinis eſſe intelligetur, ut *cauſa* potius removeatur, antequam notabilem *effectum* jam aſſecuta ſit; quam ut expectetur, donec *ille* effectus, jam vel præſens ingruat, vel plane, præſertim impetuoſe, incumbat.

Ubi nempe maximopere utique dijudicanda venit, diſparitas *effectuum* talium; qui jam *ſpecialiorem* cauſandi rationem habent, quam generalior illa *cauſa*, à qua primus, ut loquuntur, influxus, aut impulſus, ortum ducit.

Adhuc majorem autem conſiderationem poſtulat, illa, ſpontaneorum talium conatuum pervicax indoles; quando illi ad certum ſcopum jam ſuſcepti, atque *deſtinati* ſunt: ſpontaneo inquam impulſu:

Quod tali tempore, ſerius concurſans artificiale *conſilium*, aut ſperatum *auxilium*, vel plane non attendatur:

Vel omnino *perturbationem* inducat; quan-

quando non amplius *ſimplicis* & immediatæ depletionis, ſive ſcopus, ſive efficax uſus eſt: Sed ad longinquiorem *methodum*, *conſumtionis* potius, quam nudæ *depletionis*, intentio dirigi cœpit:

Quod eximie fit, in varii generis *Febrilibus* commotionibus.

Repeto itaque, imo iterum iterumque inculco; 1) quod primarius ſcopus, ad hæmorrhagias ſpontaneas, artificiali *conſilio* & auxilio ſublevandas, præoccupatorio, ſeu *præſervatorio*, ſcopo ſuperſtrui debeat.

2) Quod non tam in iisdem illis, ſpontanearum hæmorrhagiarum locis, occurrere, aut concurrere, vel neceſſarium ſit, vel utile: vel plane incommodis, ne dicam aliquando periculis, careat:

3) Sed potius ita ordinandum ſit conſilium, & inſtruendum auxilium, ut quidem ipſi *intentioni* in genere, (ventilandi) ſatis fiat: In ſpecie vero, ratione *loci*, & ejus circumſtantiarum impeditiorum, potius à talibus locis, ſpontanei illi conatus, avocentur.

Unde certe jam ipſi veteres, cum ſuis ventilationibus, *interceptoriis*, *derivatoriis*, & *revulſoriis*, conceptum habuerunt, ab ipſa re nequaquam alienum.

Manſit autem perpetua implicatio, in eo, quod uſum talium propoſitorum, vel ſine juſta & exquiſita diſcretione *præſervationis* ſeu præoccupationis; aut jam *præſentioris* neceſ-

necessariæ *curationis*: tanquam in medium projecerunt:

Vel, ut propemodum res ipsa loquitur, non tam eximie ad *præservationem* direxerunt; quam jam ad *curationem.*

In quo posteriore casu, uti monuimus, & Practicos circumspectos, è suis observationibus recte institutis, ruminare cohortamur, non solum nimio magis *ambiguus*, sed certe potius sæpius *irritus*, est effectus.

Ut jam, tanquam subducto aulæo, non solum scenam, sed universum theatrum spectaculi, nequaquam ludicri, aperiam atque pandam. Initium feci ante hos *triginta tres*, imo plures, annos, de *hæmorrhoidum* negotio, prolixius commentari.

Ante omnium, industriorum, solertium, & literatorum, medicorum, oculos positum est, & semper manet, quid de hoc subjecto, vel inde à seculis, vel observatum sit, & annotatum; vel ampliore deductione declaratum.

„Mihi primam occasionem præbuit exem„plum viri, ipso sanguine mihi conjunctissi„mi. Hic à quadragesimo tertio forte anno „ætatis, occasione Diætæ, inter vina Hunga„rica, aliis temporibus: Et cerevisiarios po„tus, tanquam per periodos reciprocantis: „Cum tandem ad sedentariam vitam velut „alligaretur, Ischiaticos dolores incurrit: qui „satis mature, ad genua & pedes protensi, po„dagricos cruciatus exquisitos formabant.

Cum

Cum cæteroquin indolis esset tùm satis" tranquillæ, tùm vegetæ, & ut loquuntur, " robustæ: certe propemodum ab ineunte" ætate nullis morbis vexatus: tolerabat et-" iam hos paroxysmos podagricos, qui dua-" rum, in tertiam, septimanarum, successu, " sensim subsidebant."

Recurrebant tamen, tribus, in quartum annum, deinceps, bis, raro ter, per annum.

Cessabant ab illo tempore, ita perfecte, ut ad *septuagesimi octavi* anni ætatis, propemodum finem, nunquam amplius consurgerent.

Juvenis, 18. ad 19. annorum, mirabar sæpe tacitus, felicem talem eventum; (qui tali tempore, jam forte quatuordecim annos, feliciter duraverat,) per communem receptam opinionem, incurabilem podagram, in hoc exemplo sanatam conspiciens.

Imputabam aliquid Medico, cujus consiliis usus fuerat; viro certe docto, & perito. Sed confundebat me, quod ipse ille medicus, podagra, neque raro, neque brevibus insultibus, vexabatur. Unde nihil, in quo acquiescere possem, inveniebam.

Peculiari casu obtingebat audire, quod pristinus ille podagricus, accidenti cuidam obnoxius esset, uti vulgus interpretatur, tanquam obscœno. Conspiciebam interim virum, ad omnem sensum externum, sanum, & certe munditiei studentem.

Non

Non tulerat occaſio, de affectu illo, pe modeſtiam, percontari. Cum autem ali tempore melior eveniret, ut tanquam pe tranſennam, mentionem rei injicere fas eſſet ex improviſo eliciebam, quod affectus ill aliquid haberet, muliebris ſexus accident analogum.

Tantum certe profeceram, in ſtudii medi ci (quod à prima juventute mihi delegeram, proſpectu, ut intelligerem, quid dicatur, imo quid ſit, fluxus hæmorrhoidalis.

Cum alia, quæſita etiam, occaſione, percon- tarer quoad licebat; docebar, quod initi hujus fluxus, cum finita poſthac ſeu ſublatâ podagra, epocham ſuam inchoaſſet.

Volutabam inde animo, quomodo iſchia- tici illi dolores, quos ſub paroxyſmis ſuis ma- xime ſenſibiles fuiſſe, ſæpe memoraverat probabiliter, à tali ſtagnatione humorum per iſta confinia, ortum duxiſſent: Quæ ſta- gnatio, cum jam liberum exitum inveniſſet etiam doloribus illis finem impoſuiſſet,

Peculiare vero erat, quod illo adhuc tem- pore, quotquot hæmorrhoidali fluxu afficie- bantur, non aliter quam de obſcenâ aliquâ re de illo proloqui abſtinerent.

Inhærebat hæc res memori certè menti donec academica ſtudia aggreſſus, *Hippocra- tis* aphoriſmos lectitans, paragraphos illos *ſectionis tertiæ ultimos*, perpenderem, qu

de

de morbis agunt, quales diverſi, diverſis ætatibus, magis proprii inveniantur.

In talium *ſingulis* gradibus, cum *ſanguinis* aliquam excretionem reperirem; morbos autem, illi præcipui regioni obtingentes, invenirem, in qua excretio talis familiarior eſt: Diſpiciebam, quanta poteram, induſtria, de veritate hujus commemorationis. Quam, cum facile, imo abunde, vel inter ipſam plebem, comperirem; trahebam illam ad priſtinam meam contemplationem.

Supererat de *hæmorrhoidalis* fluxus, qualicunque *frequentia*, certiorem fieri. In quo ipſo negotio, cum ad annum 1684; quo praxeos exercendæ jura nactus eram, tanto facilius optatum ſucceſſum nanciſcebar: & vero eo ipſo diſcebam, per illas certe regiones, quas incolebam, frequentiorem eſſe hunc affectum, quam ad illum diem, forte quisquam ſuſpicatus eſſet.

Ita quidem, dum non ſolum contemplatio hæc, perpetuo menti obverſaretur, ſed etiam indies, perquiſitione & obſervatione practica, veritas rerum ipſarum harum, in ſenſus incurrerit; proceſſi maturè, ad delineandum, quin magis magisque firmo ſtylo, depingendum, ſyſtema *pathologiæ*, atque *therapiæ*, ex harum rerum *ordine*, & vero *nexu*, tanquam ſponte ſe ſiſtens, atque repræſentans.

Minime vero hoc tantum; ſed exſecutus etiam ſum, ſecundum hanc viam atque *me-*

thodum, quicquid clinica praxis offerebat: huic fundamento inſiſtens.

Quod dum, adſpirante veritati divina gratia, ita feliciter cederet, ut nihil ibi *ambiguum*, aut *fortuitum*, compareret; ſed potius juſtis effectibus reſpondere, judicari poterat. proſecutus ſum hanc viam, totis decem annis; nempe ab initiis anni 1684, usque ad finem proxime 1694: ubi menſe Octobri, Profeſſionem Theoriæ medicæ, in Regia Academia Halenſi, adivi.

Quàm alte contemplatio harum rerum, animum meum ferierit, fas erit, duobus exemplis adumbrare.

Anno 1683. invitatus ad diſputationem inauguralem, opponendo, ut vocant, ventilandam; legebam in contextu, quod tota quantitas ſanguinis, quæ ex infimis artubus ſurſum procedens, in truncum venæ cavæ impellitur, ad hepar feratur, & dum per hoc tranſeat, bilis ſecretionem in illo viſcere, admittat. Modeſte, & veluti per jocum, monebam, videri, vel ſcriptionis, vel impreſſionis, ſphalma irrepſiſſe; dum utique manifeſtum ſit, nihil ſanguinis, venæ cavæ ope, ad hepar pervenire: neque venam portæ, ullam utique connexionem, cum vena cava habere. Erat diſputator juvenis certe doctus, diſertus, & alacris; unde per initia, tum ipſe, tum præſes, vir certe honeſtiſſimus, ita excipie-

iebant dubitationem meam, (quæ iisdem
nitiis, ſimpliciter ita propoſita erat, ut nega-
em fieri hoc ullatenus poſſe, quod textus
oſuerat) ut Auditores, quorum forte major
ars negotium non æque perſpectum habe-
at, non imparati viderentur, ad me riden-
um, cum Domini Diſputantes, nec ipſi æque
eria facie, mirarentur, quod ego rem,
anquam manifeſtam, non recte intuerer.
Cum autem, ex adverſo, ego inſiſterem mo-
ere, quod inſignes utique, & numeroſi, rami
enæ cavæ, hepar percurſantes, nihil utique
nguinis ad hepar adducerent; ſed unice ex
lo abducerent: cum vena portæ vero ſimi-
ter, adeo nihil commercii haberent, aut ſan-
uinem, ex artubus inferioribus refluum,
um ſuo miſceret, (nempe intra hepar, aut
nte ingreſſum in hepar,) cum eo ſanguine,
ui per venam portæ ad hepar adducitur;
Componebatur amico ſilentio, diſceptatio,
um per modeſtiam debitam, abſtrahendo,
d alia tranſibam. Interim paulo latius exe-
utus eram, penitus ſingularem, venæ portæ,
ructuram, diſtributionem, & diviſionem; &
notus ſanguinis per eandem, progreſſum,
onge diverſum ab illo, qui per totum reli-
uum corpus exercetur: Cum breviter ta-
tis, tanquam ſuſpicionibus quibusdam, de
acilioribus, per illam, reſtagnationibus, hy-
ochondriacis, ſpleneticis, quadantenus hy-
tericis, colicis, & hæmorrhoidariis internis,

 quæ

quæ non ſine aliquo aſſenſu, certe ſine con-
tradictione, audiebantur.

Porro, Anno 1692, Schedion epiſtolicu-
proferebam, de *motu tonico vitali;* nemp-
nec animali ſeu voluntario, neque mixto,
appellant. Quo oſtendere, & animum a-
vertendum commendare, ſuſcipiebam; quo-
ſine præjudicio univerſalis circuli ſanguin-
directio particularis, & reſtrictio talis, co-
tingere poſſit; imo, vel quotidianis exem-
plis, contingere *ſoleat:* ut majore quantit-
te, ad alias regiones, appelli poſſit ſanguis,
aliis vero partibus reſtringi:

Ut hac ratione aditus pateret, ad intel-
gendum quomodo, in variis exemplis, huj-
motus actu, *congeſtiones*, & inde *ſtagnati-
nes*, ab una regione corporis, ad aliam, & po-
ſint fieri, & ſæpenumero ſoleant.

Suſcepta tandem Sparta docendi; & qu-
dem theoretica, contemplationes, & rati-
nes, illarum rerum, quæ in corpore vivo, i-
fieri poſſunt, ut etiam actu fieri ſoleant, atq-
ſentiantur; primis ſtatim publicis exercit-
tionibus aggreſſus ſum, res illas, quas huc u-
que tetigi, ampliori conſiderationi comme-
dare.

Unde prima, in officio ſuſcepto, inaugur-
lis diſſertatio, pro themate habuit, deſign-
tionem venæ portæ; tanquam portæ mal-
rum, cardialgicorum, ſpleneticorum (hæma-
em-

emeticorum) hypochondriacorum, colicorum, hyſtericorum, hæmorrhoidalium.

Præluſeram his rebus, diſſertationibus extra cathedram, prolatis; de mechaniſmo motus ſanguinis, & de æſtu maris microcoſmici: de cathedra vero, de motibus humorum ſpaſmodicis, & ſpaſmis dolorificis: De *autocratia naturæ*, quæ ſponte ſua, *motus* tales varios, inſtruit, & adminiſtrat: &, de *Infrequentia morborum*. Mox autem cardinem mearum contemplationum verſabam, diſſert. de *motu* ſanguinis *hæmorrhoidali*, & hæmorrhoidibus *externis*: Et paulo poſt, de hæmorrhoidibus *internis*, & Ileo-hæmatite Hippocratis, *(colica hæmorrhoidali)* ſequebatur diſſ. de *podagræ* nova pathologia, & de *calculi* (renalis) nova pathologia.

In omnibus his & ſingulis, illud maxime agitabam, ut conſiderationi offerrem, & attentæ animadverſioni; negotium *motuum* ſanguinis, ſub peculari *directione*, ad peculiares *regiones*, peculiaria *loca*, imo peculiares *partes*, fientium:

Qui tandem, ad *excretiones* ſanguinis, per talia loca, primo quidem *collineent* ſeu contendant: tandem vero etiam *colliment*, ſeu pertendant.

Omnia hucusque, ſatis evidente teſtimonio, ipſius *experientiæ* clinico-practicæ.

Inter prima hactenus nominata tentamina, ad verum conſpectum ipſius experientiæ,

commendandum; ſtatim ipſi diſſertationi de *Vena portæ*, adjunxi programma, de *hiſtoria medica practica.*

[Per idem tempus, an. 1698, Noribergam tranſeunti, Vir doctiſſimus Dn. *Godofredus Thomaſius*, practicus excellentiſſimus, exhibebat mihi librum *Baglifii*, de hiſtoria medica, ad antiquam obſervandi rationem revocanda: Illo tempore adhuc Auctori vernacula, nempe *Italica* lingua, conſcriptum: quem proinde dignum judicabat, qui in latinam verteretur. Ubi nempe dictum meum programma, occaſionem iſtius libelli mihi exhibendi, tanquam in genere, dederat: dum ſcilicet ego pariter, veram *hiſtoriam* medicam commendabam.]

Sicut enim medica *theoria*, non aliunde peti aut efformari poteſt, quam è vera fundamentali annotatione, illarum circumſtantiarum; quæ in corpore, non tam ſimpliciter, ſed ut in *vivo*, inveniuntur; ſiquidem aliter efficтæ, nec in ſe ipſis, nec inprimis ad medicam conſiderationem, ullum uſum præbent:

Ita certe intimum fundamentum, cui theoriæ veraces ſuperſtrui poſſint, eſt ipſa Praxeos *Experientia;* quid, unde, & quomodo, corpori *vivo* evenire ſoleat: tam ad conſervationem ejus, quam labefactationem, imo deſtructionem.

Et quid ex his, primo in *naturæ*, deinde

etiam

etiam in *artis, poteſtate* ſit, & alterutri, imo utrique, competere poſſit.

Tanto magis autem, vera talis, & juſto ordine, & contextu, deducta theoria, primum, & primarium, uſum præbet, ad perſpiciendum, è quibus *fontibus* & ſcaturigine, varii morbi, tanquam rivuli, profluant: Et tam inter ſe mutuo, conſpirent: quam præcipuum reſpectum, ad commune ipſorum *initium*, commonſtrent.

Unde etiam vera methodus *therapeutica*, juſtas vias proſpicere poteſt; quibus inſiſtendo, ab ambagibus, tanto magis autem erroribus, libera maneat:

Neque communiſſimo labyrinto implicetur, nunquam nimium reprobando; ut *particulares* eventus, & effectus, *ſeparatim*, imo ſingulatim, arripiendo: ordinem præcipuarum *cauſarum*, plane non videat: Adeoque nihil aliud agat, quam ut antiquo veſtimento, novas lacinias adſuere allaborent, Symptomata curando, fundo morbi neglecto.

Cui errori, certe vulgatiſſimo, nulla alia ratione conſuli poteſt, niſi unice è vera *theoria pathologica*, & inde formata, juſtâ methodo *therapeutica*.

Partim ſimpliciter *præſervatoria*; ut rebus adhuc quantumcunque tranquillioribus, ſubducta occaſionali, vel antecedente, cauſa, etiam effectus, à talibus metuendus, intercipiatur:

Aut in *effectibus* jam incipientibus, fomes & ſuppeditatio novæ materiæ, ſubducatur:

Aut effectus deteriores, ad minimum in tolerabiliorem aliquam viam diducantur & avertantur.

Aut, ultimo, quando jam, licet incommodum, effectum aut *eventum*, cauſæ tales obtinuerunt; prudenter & perite proſpiciendo, ne effectum ſimpliciter *reprimendo*, perſiſtente *cauſa*, è minore uno malo, majus, imo plura latius conſpirantia, & undique graviora, inducantur.

Quod certe negotium, non uno, nedum ſtupido, obtutu, complecti datur; ſed omnino longe lateque circumſpiciente providentia, penitus perſpicere, ſumma neceſſitas poſtulat:

Dum in rebus, ita tenaciter ſæpe cohærentibus, ſubita conſilia, vix non ſemper, non irrita ſolum ſunt, ſed plane periculoſa.

Ut itaque tandem proxime ingrediamur viam, quam ita, niſi me omnia fallunt, exquiſita, delineatione, tanquam tabula Hodegetica, deſcriptam exhibuimus;

Illis hominibus, quibus *plethora* incumbere ſentitur; non autem *promiſcue* innumeris aliis, ut fatui nugantur: *Conſilio* opus eſt, ut caveant, vel illam intemperanter magis magiſque accumulare: quouſque conſilio eſt locus:

Vel potius, conveniente moderamine *vi-*

ctus,

ctus, & *motibus* corporis proportionatis, ſenſim reſtringere, eique aliquid ſubtrahere. Quoad variæ, ſæpe *civiles*, rationes vitæ illud permittunt.

Tanto magis autem ſerio præmonendi ſunt, ne abundantem ſuum ſanguinem, imprudentibus, aut intemperantibus *commotionibus*, temerè exagitent:

Denuntiando, gravia incommoda, imo pericula, quæ inde conſurgere poſſint.

Si his rebus auſcultare non velint; aut per vitæ rationem coactam, non æque poſſint; rationi nihil prolixe ſpeculanti conſentaneum eſt *conſilium*, ut potius aliquali *detractione* atque imminutione, artificiali, commoda, atque facili, internas commotiones & contentiones, antevertant.

Quam in rem juſtiſſime allegari poteſt, notoria illa experientia ſimpliciſſima; quod in corporibus de cætero ſanis, vegetis, & alacribus, paſſim etiam *ſpontaneæ* tales depletiones obtingant:

Quæ, quamdiu facile, tranquille, & moderate, procedunt, non ſolum nihil incommodi involvunt: ſed etiam ſæpiſſime ſenſibiles ſublevationes efficiunt.

Ex adverſo, ubi quidem tentari ſentiuntur, ſed exitum non aſſequuntur; ibi varia majora incommoda, adducere percipiantur.

Quod tanto magis evidens reddi poteſt, illis exemplis, quando tales *ſpontaneæ* exonera-

rationes, ſæpiuſcule (licet etiam longioribus intervallis,) ſine incommodis, proceſſerunt: Deinde vero ceſſant: manentibus interim commotionum cauſis:

Quod tunc longe frequentiſſime, majora illa incommoda cooriri obſerventur, & graviores moleſtias, quin pericula, imo damna machinari.

Enim vero communiſſimus eſt, ſed certe rudis atque craſſus, lapis offenſionis, quod numeroſiſſimis exemplis, inſignia illa incommoda conſpiciantur; ubi nulla præceſſit *actualis* talis, ſpontanea depletio.

Quæ nempe, parum circumſpecta, non tam ratio, quam occaſio, in confuſionem adduxit, nudos ſpectatores; ut contemplationem non extenderent, ad ſimpliciorem fontem, fundum, & originem, harum conſecutionum.

Quod quidem maximopere factum eſt, in illis caſibus, ubi *exitus*, è longinquo deſtinatis evacuationibus, impeditior occurrit: Vel etiam occaſiones, magis ſegnes & languidæ, intercedunt. Unde longe familiarius, latius circa regionem ipſius exitus, vel ſegniores, vel certe obſtinatiores, machinationes ſuſcipiuntur; &, ſi exemplorum numerus computetur, etiam ſatis frequenter, ad ipſum ſimplicem exitum non pertingunt.

Quando vero etiam exitum aſſequuntur: tunc

tunc iterum à vera æſtimatione avertuntur animi ſpectantium; *primò* quidem, quia ignari adhuc connexionis, ipſum talem exitum, *ſeorſim* ſumentes, pro ſpeciali morbo, aut morboſo ſymptomate, interpretantur:

Aut, *ſecundò*, ſi vel maxime aliquid conſpirationis cum reliquis, circa talem regionem, pathematibus, ſuſpicantur; nullum tamen ordinem, reſpectum, ſubordinationem, aut àliam rationem, ibi agnoſcunt, quam ſimplicem, æqualem, *morboſam*, malitiam. Quæ, ut in aliis, ejus viciniæ, aut regionis, locis, ita etiam in tali loco, ipſa *eruptione*, præter naturam operetur.

Accedit, *tertiò*, quod in uno vel altero genere talium affectuum, quando longinquis, obſtinatis, aut ſæpius denuo ſuſceptis, talibus contentionibus, velut *adſuetudinem* jam ubierunt;

Tanto magis, quando jam ipſas etiam partes aliquas, in illa vicinia, aut regione, ad faciliorem *receptionem* labefecerunt:

Quod tunc, licet etiam exitus talis, ſponte, vel arte, inducatur: Tamen nec ita *citò*, nec ita *aperte*, nedum *plene*, manifeſtus, exquiſitus, effectus, ad ſublevanda, nedum penitus tollenda, alia ejus cenſus atque tribus, pathemata, ſentiatur.

Eò magis, quando jam per alias vix non communiter *contrarias*, artes, & remedia, illi conſpirantes effectus, varie *turbati*, quin

irri-

irritati, aut in partibus, quas inſederunt, veluti *defixi*, detenti fuerunt.

Quæ certe omnes atque ſingulæ circumſtantiæ, nimium quàm potenter diſtraxerunt animos ſpectatorum, & à perſpicienda ratione, verarum talium conſpirationum, abduxerunt.

Poterat quidem, imo puto, debuerat, in viam revocare, inſignis obſervatio *Hippocratis;* quando de tali ſpecie exituræ dicit: *Qui illâ affici conſueverint, iisdem non obtingere*, morbos aliquot, quos nominat, (certe non leves,) ſi vero illæ exituræ *occludantur*, evenire, ut nominati illi morbi oriantur, & iſtis ſuccedant.

Habet certe hîc locum, vulgaris illa regula: *E quibus aliquid fit, & in quæ reſolvitur, ex illis conſtat.*

Antiquis equidem, omnino adminiſtranda hîc eſt juſtitia, quod ea talia negotia, quæ *progreſſivis* motibus ſanguinis innituntur, horum inſcii, longe minus rationes veriores eventuum talium, aſſequi valuerint.

Quamlibet certe nequaquam infeliciter, uti ſenſu deprehenderunt, ita animo conceperunt, humorum *translationes*, *miſſiones*, imo *raptus*, ad certas diſſitas artes:

Quibus ſuperſtruxerunt, arte inſtituendas, interceptiones, derivationes, repulſiones, avocationes, imo præſentiores, revulſiones.

Ipſa

Ipſo nempe facto ſatis diligenter obſervato, veritatem proceſſus & ſucceſſus talium rerum ſatis edocti.

Ubi vero, hodiernis temporibus, non ſolum perpetui *circuitus* ſanguinis certitudinem didicimus; ſed etiam motus *tonici* efficaciam, evidentiſſimis exemplis conſpicuam, neſcire non amplius poſſumus: adeoque methodum, translationes tales perpetrandi, & ad certa loca dirigendi, velut ante oculos poſitam habemus:

Nihil certe, niſi ſola contumax harum rerum negligentia, & obſtinata ignorantia, ipſos ſenſus externos, nedum intellectum, obruere poteſt: ut nec oculi, nudo aſpectu videant, nec aures quiritationes audiant, neque manus tangant, quàm evidentibus ſubinde motuum reſtrictionibus, translationes tales, ex una corporis regione in diverſam, procedant, & ſæpe palpabilibus effectibus ſe illic exſerant, & oſtendant.

Equidem illi, qui qualicunque praxi potiuntur; & prægreſſorum practicorum *cautelas* legunt, tantiſper etiam ipſi agnoſcunt, quod exituras, etiam ſimpliciter præternaturales, in qualemcunque *aſſuetudinem* deductas, temere ſupprimere, periculoſos exitus ſortiatur.

Imo vel ipſi, ad minimum ſuaſu *fonticulorum* excitandorum, *veſicatoriorum* applicandorum, ſetaceorum, adhibendorum, hanc

hanc viam ingrediuntur: quamvis in rei veritate, minimè ſatis notam aut perſpectam: quando neque *materia* ſatisfacit, neque *loco* juſto communiter reſpondet.

Lectitant etiam, ſatis ſæpe repetitas hiſtoriolas, quod ab antiquis *pedum* ulceribus, imprudenter ſuppreſſis, varia in *ſuperioribus*, gravia quidem, mala ſucceſſerint: oppreſſiones aſthmaticæ, ſpaſticæ, catarrhus ſuffocativus, cœcitas, apoplexia &c. imo, ſponte ſicceſcentes, alium graviorem morbum, aut jam in ipſo aliquo morbo, mortem portendant.

Imo, niſi omnino circumſpicere refragentur, habent ante oculos, totum *ſexum* fœmininum; à quarum debitis evacuationibus, non ſuccedentibus, maxime vero, quando cito reprimuntur, atque ſupprimuntur: per qualescunque ſanguinis commotiones concitatas, reſtagnationes ad caput, ad pectus, ad hypochondria, ad ventriculum, (ad vomitum cruentum usque) ad faſtidium numeroſis exemplis, inſequuntur.

Proteſtor autem, iterum iterumque, ſeriò, ut omnes atque ſinguli, qui praxeos & experientiæ, & ratiocinationis juſtæ, compotes non ſunt, perpetuò meminerint, nequaquam ad illos reſpicere, quæ hucusque producta, & deducta ſunt; ſed potius *manuariis* ſuis, ad quas nati ſunt, & educati, experimentis, dextrè inſiſtendo, illud agant, quod

quod ipſis longè majori honori eſſe poſſit, quam in illa negotia irrumpere, quæ intellectum potius exercitatum reſpiciunt, & judicium poſtulant, vera hiſtoria morborum, & methodo exquiſite ordinata, ſubnixum: & experientiæ conſtanti, atque methodicis ſubordinationibus, reſpondentem.

Ut autem ad noſtrum negotium revertamur, loquitur res ipſa, quod in univerſo negotio *hæmorrhagiarum;* nempe *ſincerarum* depletionum ſanguinis: aut ſtagnationum, impeditiorum, & has inſequentium variorum, longe moleſtiorum, diverſorum incommodorum:

Nulla ſit evidentior ratio, quam difficilior & impeditior ſucceſſus, ad *exitum* perpetrandum.

Unde inter reliquas tales machinationes hæmorrhagicas, ſeu, ut in rei veritate ſunt, juſtiſſime à me nominatos, *Motus* hæmorrhagicos, intuitu difficilioris talis proceſſus, præcipuum locum occupat, *Motus hæmorrhoidalis*.

Motus inquam, imo repeto, itero, inquam, quin inculco, *Motus* talis.

Riſum, non indignationem, merentur, qui magna ſeveritate, à natura hoc exigunt, ut illa in corpore, nihil quicquam incipiat, quod non penitus ita in plano poſitum ſit, ut non ſolum indubius, ſed etiam facillimus, eventus obtineri poſſit. Præterquam enim, quod

quod dicterium ſit vulgatiſſimum: *Conſilia-rium non teneri de eventu:* tales certe cen-ſores, ſolum ſecum habitare deberent, & i[n] illa ſua eminente *rationali* ſapientia, agno-ſcere, quantopere, communiter, eventus quas ſuo animo, ſuo conſilio, ſuo propoſito imo anxia deſtinatione, præcipiunt, aber-rent à ſperato eventu. Cum tamen hujus-modi negotia, etiam ſola, bene compoſit[a] cogitatione, aliter inſtrui, aut dirigi vale-rent. Imo in ſe ipſis agnoſcere poſſen[t] quàm nimio ſæpius, nuda, præceps, aut ni-hil conſiderata, *voluntas*, in primas obvia[s] occaſiones irrumpens; aberret à ratione, a[c] neceſſaria penſitatione, rei gerendæ: & in-commodum, quin contrarium eventu[m] ſortiatur.

Unde certe facile comprehenderent, qu[o]-modo etiam in negotiis *motuum, corpori* ad-hibendorum, non ſolum varia incidentia im-pedimenta, propoſiti boni eventus faculta-tem, turbare poſſint: ſed ſæpiſſime, etiam nudæ inconſtantes, turbidæ, in diverſa a[b]-euntes, & ipſa impedimenta præoptante[s] *voluntates*, bono *conſilio* ſimpliciori, juſtu[m] ſucceſſum denegare poſſint.

Ex hujusmodi *motibus*, impeditiore[m] viam ineuntibus, manifeſto eſt ipſe mot[us] *hæmorrhoidalis.*

Qui tamen, ut etiam in hac parte natu[ræ] conſilium ſuum, ſanæ rationi conſentaneu[m]

ſa[...]

atis demonstret; hoc ipso, nequaquam est
ta magnopere promptus atque *frequens*,
iti alii.

Testimonium huic asserto perhibent, ma-
imo numero mortales, qui neque directe,
eque per obliquum, illo tentantur, aut affi-
iuntur.

Ut enim *actualem* fluxum hæmorrhoidum,
œcas hæmorrhoides, veras colicas hæmor-
hoidales, ne quidem allegem; multis milli-
us hominum ignota accidentia:

Ipsum malum *hypochondriacum*, vera *ne-
hritis*, & calculus, nedum malum *ischiati-
um*, *gonagra*, *podagra:* nedum vaga *ar-
hridis:* pathemata sunt, multis hominum
illenariis incognita.

Solum autem apud illos reperiunda; qui
ena, imo lauta Diæta, inebriaminum ingur-
itatione, multiplici; voracitate cum desidia,
cribus condimentis, sine ulla ratione, assue-
s, veneris indomito abusu, animi inconti-
entissimis exagitationibus, intemperanter
utuntur: aut violentioribus exercitiis,
uitationis imprimis perpetuæ, addicti, vel
lscripti sunt: inprimis si antedictæ *intem-
rantiæ* una concurrant: aut ab *externo*
mio labore, connisûs ponderum tollendo-
am, & ante se gestandorum, abdomen, coxæ,
mora atque crura, graviter tendantur.
ut, à voracitate, & desidia, præsertim necessa-
a, alvi successus cohibitus, dura *scybala* coa-

 cervet,

cervet, quorum laborioſa expreſſione, va
hæmorrhoidalia eruptionem admittant: au
denique, abuſu *medicamentorum*, magis pr
prie huc impellentium, aloëticorum, gumm
reſinoſorum, vehementium purgantium, C
locynthiacorum, Elleborinorum, impulſus
hæc loca ſpecialius provocetur &c.

Unde nempe eſt, quod inter millenari
multos, hominum, ſimplici victu utentiu
motibus quantumcunque laborioſis adſuet
rum, ab ingurgitatione inebriaminum abſ
nentium, molli ſenſibilitati corporis, & ani
intemperantiæ, non ſubjectorum; nec *h*
morrhoides, neque *motus ad illas* reſpicie
tes, neque horum evagantia incommoda, u
quam andiantur.

Quanto vaniores igitur ſunt, *Theoria*
ſeu conſiderationem, inconſiderate aſperna
tes, qui, tanquam ipſorum proprio more
que indole, etiam ab aliis, usque in contra
um aliter circumſpectis, res tales ita ſine om
diſcrimine, imo diſcretione, in univerſum g
nus humanum diſtendi ſomniant.

Adeo interim inſenſati, ut nec in illis loc
ubi talia, per manifeſtas allegatas cauſas,
unde familiaria occurrunt; tamen vel
ctum ipſum, agnoſcere, imo ſentire, non
leant: nedum ut ad illas cauſas, quaſi ſenſi
li nexu eò ducentes, animum advertant.

Qui vero habent animum, quem adver
re poſſint, & vigilem, & exercitatum; &

in praxi frequente, inter dictæ ſortis homines, verſantur: vel ſolum, extra propriam ſuam praxin, laudabili curioſitate, circumſpiciunt, & modeſte percontantur, quid apud alios, quam ipſorum proprios, ut vocantur, patientes, occurrat & geratur, illis facile dilucet, otioſa iſtorum imperitia.

Patientes, ſeu ægros, aut adverſa valetudine affectos, dixi; nempe tales, qui in antedictis ſpecialibus circumſtantiis impliciti hærent:

Dum utique tales, qui ruſticis, aut opificibus, medicandi neceſſitatem temerè perſuadent, vix poſſint de talibus rebus, quos in ſimilibus non inveniunt, cogitare &c.

Iterum autem revoco, ad *Motus* hæmorrhoidales. Ante omnia, directe, imo proprie ad *pathologiam* veram inde agnoſcendam, & formandam.

Satis, puto, diu eſt, quod è communibus commentis, affectuum, cum his connexorum, ſi veritati locum dare placeat, *nullam* pathologiam allegare valemus.

Satis, inquam, diu, quod ob hoc ipſum, nulla etiam *therapia* proſtiterit, ullo effectu, qualibuscunque formatis opinionibus ſatisfaciens.

Aut, imprudenter repellendo, aut temere, niſi quidem malitioſe, ſtupefaciendo, longe periculoſiora, & intra brevius tempus fune-

ſtum exitum producentia, peſſima conſecta-ria introduxerint.

Satis diu, quod etiam jam *eruptionem* aſ-ſecutis, & plane *adſuetudinem* ſortitis, fluen-tibus Hæmorrhoidibus; Ignarâ, imprudente, & imperita, medicatione, applicata, vel *fiſtu-læ* alte prorepentes, vel graviora, in *abdo-mine*, aut per *coxas* ad pedes devoluta, pa-themata: Aut, ſi repentinæ tales ſuppreſſio-nes inſtituantur, *aſcites*: aut *aſthorata con-vulſiva*: aut, in vegetiori ætate, graves *Car-dialgiae*, ad *vomitum cruentum* reſpicien-tes &c. non tam ſubſequuntur, quam indu-cuntur.

Cum alioquin, majore numero, quam ad nihil attendentes Empirici comperiunt, ta-les occurrant homines, qui *adſuefactum* hæ-morrhoidum fluxum, modeſte ferentes, non ſolum nihil aliorum incommodorum nota-bilium, perſentiſcunt: ſed etiam ad ſenectu-tem usque, placide pertingunt.

Nempe, qui ſimul moderamine, etiam ſo-lum mediocri, Diætæ utuntur. Quotquot autem turbidæ Diætæ indulgent, fluxui tali obnoxii, illi, ex imperitis conſiliis, vix non quotidianis exemplis, & certiſſimè, & citiſſi-mè, è malo in pejus devolvuntur.

Satis diu, inquam, omnia hæc certa ſunt: Quod non, eadem ratione, etiam ſatis nota ſint, inauſpicatorum ſpeculatorum eſt culpa: qui nec experientiam ſinceram, ipſis ſenſibus

com-

comprehendere, neque rationem decenter adhibere, ſed ubilibet ſumma imis miſcere, qualicunque ſuo ſtudio, didicerunt.

Tandem itaque ſatis maturum omnino mihi viſum eſt, è manifeſtis ejusmodi, in praxi certe etiam, modo non quotidie, obviis, & plane conſpicuis exemplis, elucentem ſociam conſpirationem, & invicem dependentem connexionem, juſtæ conſiderationi commendare.

Sicut autem conſideratio & contemplatio, nihil confuſionis, aut præpoſteri ſtupidi obtutus admittit; ſed ordinata, & rerum ipſarum ſeriem, cum attentione obſervans, eſſe debet:

Ita ſine omni longe quæſita ſpeculatione, quaſi ſponte ſeſe ſiſtunt, ſequentes diverſi gradus:

[Etiam ad ſingulas claſſes horum generum pertinentes; ſed tanto diligentius, in *hæmorrhoidaria* conſpiratione, ad animum revocandæ.]

Nempe *primo*, generalis quidem cauſa, quam *antecedentem* vocant, abundantia ſanguinis *plethorica*; quæ tamen, quam diu tranquille fertur, adeo ſenſibilia, aut notabilia, incommoda, non æque exſerit;

Quod vero, *ſecundò*, jam dum incipit, quando, per cauſas occaſionales, vel ſatis libero progreſſui ſanguineæ maſſæ, præcipue per hypochondria, ſeu venam portæ, moram objicit:

Vel inordinatis corporis aut animi commotionibus, temerè, & inæqualiter, exagitatur.

Qua inquam, ratione vel circa ipſa illa loca *tenſiones* ſenſibiles format; unde, non ſolum adhuc etiam junioribus, ab inſolito curſu, etiam doloroſæ, & quaſi punctoriæ, preſſiones, in ſiniſtro hypochondrio, Germanis Miltzſtechen/ cooriuntur:

Sed etiam jam adultioribus, durabiliores tales *gravativae* preſſiones, in eodem loco, incumbunt: *Mali Hypochondriaci* nomine.

Magis magisque recurrentes, & pertinacius inſiſtentes, quando ſæpius per illas occaſiones concitantur:

Per *Diætam* autem conſuetam, voracem, & ſegnem atque deſidem, copia humorum ſimul fovetur atque ſuſtentatur.

Ubi vero, *tertiò*, ingens jam eſt prædiſpoſitio, ad ulteriora, & certe ſpecialiora, incommoda, etiam hujus ulterioris, imo velut ultimæ claſſis conamina; ſi jam in præcedentibus *ætatibus*, licet diſpare loco, tamen par eventus, nempe *excretiones haemorrhagicae*, notabiliter adſuefactæ fuerint, & ſucceſſerint liberius, imo liberaliter.

[De quo negotio perita certe eſt obſervatio *Hippocratis*, quam ſub finem Tract. II. *Prorheticorum* deſignavit: quam juſta paraphraſi, in programmate enucleavi:]

Ibi etiam occaſio præbetur intentioni atque

que destinationi, circa hæc loca *interiora*, exonerationem sanguinis machinandi.

Ubi tamen, *quarto*, omnino agnoscenda est, certe provida, naturæ circumspectio; quâ illa omnino *rarius* negotium hoc, ita immediate & directe, suscipit.

Dum utique notabiliter impeditius procedit & succedit, in his locis, exitus: nisi quidem accidentales, præcipue externæ, causæ, veluti viam faciliorem sternant: aut ipsa quoque durities alvi scybalorum, pressione necessaria, expressionem adjuvet.

Ubi vero, *quinto*, prægressa antedicta constitutione, & veluti justitia causæ, exitus talis semel, nedum iterum, successit; tunc utique jam longè pronior evadit illa intentio, ad ejusmodi viam, per impellentes occasiones, iterum ineundam.

[Quam certe animadversionem, omnibus prudentibus practicis, non dubito satis notam, certe tamen etiam serio notandam, esse arbitror: utpote à qua innumeræ dependent; *recursantes*, quasi *periodi*, aut certe novi insultus, & denuo consurgentes *paroxysmi*, multorum talium affectuum. Quanto sæpius jam suscepti fuerunt, tanto promtius, & per leviora incitamenta, quasi temere resumi adsuescentium.]

Interim tamen, *sexto*, tanto dignior est notatu, illa etiam observatio; quod longe majore numero, dum directe ad exitum conten-

 dere,

dere, vel non æque libet, vel, per impedimen-
ta obstantia, non æque licet: ibi velut *emi-
nus*, e longinquo, per ambitum, apparatus ta-
les tententur, qui ad talem ultimum exitum
si collimare non possint, collineent tamen
aut certe respicere, intelligi possint.

Ita enim, *septimò*, parum dissimulatum hu-
jus census conamen, (post altiores adhuc, lo-
co atque situ, *spleneticas* hypochondriacas
tensiones & contensiones,) sunt ipsæ *colicæ*
hæmorrhoidales: *Ilæus hæmatites* Hippo-
crati dictus.

Quas quidem recentiorum aliqui ita *sple-
neticis* doloribus anteferunt, ut posteriores
hos, plane proscribant, istas autem solas sub-
stituant. Sed certe minus æqua causa; cum
potius utrarumque, & veritatem, & conspira-
tionem, vel ex eo agnoscere liceat, quod eti-
am *colicæ* illæ, non tam *totum* intestinum co-
lon afficiant: (quod simpliciores, communi-
ter faciunt,) sed in *sinistro* latere hypochon-
drii, non solum exquisitè, sed etiam subinde
pertinaciter, hæreant: nulla certe probabili
ratione, generalioris alicujus causæ.

Succedit, aut accedit, remotioribus talibus
conaminibus, dolor, plus minus exquisitus,
per *coxendices*, *transversim*, incumbens:
vulgo mali *ischiatici* nomine. Tanto magis
autem, si per medium os sacrum, & longitudi-
nem ejus, procedat.

Quando vero altrinsecus, per unum latus
coxa-

coxarum, circa *oſſis femoris* connexionem, inſiſtit; tunc jam propior eſt extenſioni *gonogrico-podagricæ*, per ipſum crus, ad pedem usque.

Certe vero ex his ipſis, primo aſpectu variis, ſed, ſi res prudenter perpendatur, inter ſe connexis atque conſpirantibus, affectuum circumſtantiis; illud in ipſos ſenſus incurrit, quod ſinguli per *inferiorem* regionem corporis ſeſe exſerant: Et præcipue in uno ambitu *ætatis*, jam provectioris, conſiſtentis & inde ad ſenium vergentis.

Neque vero difficilius eſt agnoſcere, quod, licet *priores* illi Affectus, magis cum *motibus*, machinationibus & contentionibus *internis*, hæmorrhoidalibus, colludant:

Exteriores autem, *iſchiadico-podagrici*, cum *exterioribus* hæmorrhoidariis moliminibus:

Utrique tamen hoc inter ſe commune habeant, ut ab hac maximè cauſa, nempe *hæmorrhoidariis*, quantumcunque diſtentis, intentionibus dependeant.

Imo, quod plus eſt, ipſa quoque *nephritis*; (niſi importuniores cauſæ externæ, & accidentales, aliquid præmature impellant,) huic demum *ætatis* ambitui magis propria inveniatur. Nempe primo *inflammatoriæ* ſtagnationes in Renibus, & ut plurimum, in ſiniſtro magis, quam in dextro.

Quis autem hinc intelligere non poſſet,

quod hæc vera obſervatio, & conſideratio, abſolutè pertineat ad veram *Pathologiam* inde eliciendam?

Quæ primariò, in illo fundatur, ut recte agnoſcatur, *conſpiratio*, & nexus, quomodo tales diverſi affectus, inter ſe mutuo, & a ſe mutuo, *dependeant*:

Et quo *ordine*, & ſucceſſu, alius ex alio, pullulent; Et quisnam omnium *primus* ſit, & ſimplicisſimus.

Ut hinc etiam vera methodus inveniri poſſit, quomodo ſublato primo, tanquam fundamento ſubducto, reliquis præoccupandis & intercipiendis, aditus patere poſſit.

Hic autem demum neceſſe eſt mentis oculos aperire, & ſimplicitatem veritatis, citra inanes ſpeculationes, contueri.

Verum utique eſt, & bene manebit, quod *Motus*, intentio, deſtinatio, contentio, ſanguinem per *hæmorrhoidales* venas emittendi, radix veluti ſit, reliquorum, memoratorum, affectuum, circa has inferiores regiones corporis.

Verum etiam eſt, ſed certe cum prudente percontatione comperiendum, quod longe plures, præcipue virilis ſexus, homines, etiam evacuationem talem, tranquille experiantur:

Et quamdiu hæc res, facile, & moderate, etiam rariore proventu, ipſis ſuccedit; de reliquis illis Affectibus nihil experiantur: Sed

etiam

tiam ad altiorem ſenectutem, ſani & ſatis egeti, pertingant.

Verum eſt, quod jam pridem *Hippocrates* notavit; Quod, quibus hæmorrhoides ecte & ordine,) obtingunt, illi in aliquos ios morbos non incidant: Si vero has ſup-rimi contingat, nominatos illos morbos bnaſci eveniat.

Unde etiam alibi præcipit, ſi hæmorrhoi-es curentur, unam liberam, & ſibi relin-uendam eſſe: Ne ſcilicet totus fluxus ſup-rimatur.

Interim etiam tam verum eſt, quam quod eriſſimum, quod etiam ipſe fluxus hæmor-hoidalis, ſi *poſſit* plane nunquam evenire, otabilius hoc exiſtat quam ut eveniat.

Hoc autem, eſt utique caput, & verus car-o, & ſolidum fundamentum, totius tàm *athologiæ*, quam *Therapiæ*, in hoc negotio.

Nempe non evenient unquam, nec *hæ-orrhoides*, neque *contentiones* ad illas & uicquid per devios flexus & ambages, ab is pronaſci poteſt:

Si *cauſa*, propter quam fluxus ille *appara-ur*, prudenter & peritè, *præoccupari* & præ-di poſſit.

Quod interim ut manente cauſa, & ſuæ tivitati relicta, effectus totus ſupprimatur, unquam continget, imo ne quidem in men-m cuiquam veniet, qui non totius veri ſy-

ſtematis

ſtematis morborum ætatum, ignarus & im-
peritus eſt.

Nempe non advertens animum, quod ple-
thora, quando tam continuè fovetur, quan
immodeſte toleratur, aut exagitatur, prim
loco occaſionem præbeat, ad hujusmod
evacuationes ſinceras, tentandas atque ap-
parandas.

Et hoc, juxtà gradus *aetatum*, per diver-
ſas regiones corporis.

Quicunque vero etiam hoc ita ſatis per-
cipiunt, & perſpiciunt; certiſſime tamen et-
iam illud exquiſitiſſime perpendere debent
quod paulo ante pro fundamento aperuimus:

Quod, inquam, prima, imo princeps con-
templatio, atque conſultatio Therapevtica
eſſe debeat, *cauſam* & occaſiones, omnium
talium, *Motuum* & *moliminum* hæmorrha-
gicorum, antevertere & præoccupare.

Unde certe ſuo more, (nempe nihil pen
habendo, rationem ullam, aut conſideratio-
nem,) hic nugantur, qui longe alia cum cir-
cumſpectione de his negotiis præmonſtran-
tes, inſimulant, quaſi hi de talibus eventi-
bus hæmorrhagicis, ſtatuant & conſtituant:
quod iidem adeo, non ſolum utile, ſed ve
neceſſarium, quiddam *univerſis* hominibus
exiſtant: Ut etiam arte medica, quocunque
modo *cuilibet* homini, *ſuſcitavi*, *promoveri*
& *foveri*, debeant & mereantur.

Suo nempe more, etiam illam loquendi
for-

formulam arripientes, quâ, ab antiquioribus, exonerationes tales, nomine *beneficii* naturæ notatæ inveniuntur. Et illud antiquius, vulgi hominum Germanorum, nomen; quo *auream* venam, die güldne Ader nuncuparunt.

Nempe, jejuna certe philoſophia, prætervidentes, quantum uſum habeat in tota vita, ſi detur optio, inter *duo mala, minus* eligere poſſe: Si utrumque ſimul evitandi, nulla libertas relinquatur.

Certe, ſi Beatus ille Vir, cujus conſtitutio univerſam ſcenam harum rerum mihi aperuit, ab hujusmodi ſpeculatore, optionem, imo vel ſponſionem, accipere potuiſſet, ut podagrica ſua priſtina tormenta, permutaret, cum ſubſecuto illo ordinato fluxu hæmorrhoidum; cujus medio, aliquot ſupra triginta annos ſubſecutos, liber manſit à podagra: Ille talem conſultorem vix non pro fatuo habuiſſet: nempe omnino ad literam agniturus, quod *beneficio* hujus fluxus, ab illis doloribus liber manſerit.

Pariter omnino riſui ſe exponunt hujus tribus cenſores, quando variis ægris, quibus innumeris ſuis tentaminibus, nihil quidquam auxilii adferre valent; tandem *fonticulos* hic illic inurendos injungunt. His, ſicubi aliquid opis aſſequuntur, ſi *beneficium* nullum impetratum fateri volunt, certe *maleficium* perpetraſſe fatebuntur.

Obli-

Obliviſcuntur autem, certe turpi negl
ctu, totius negotii *muliebris* expurgation
Quod certe, minime diſpari ratione, ita r
jicere & aſpernari, neceſſe habebunt. Ign
ri forte, quid *maleficii*, diverſorum ſchem
tum, huic ſexui impendeat, ſi ille fluxus, v
aliunde, vel inconditis talium artificum a
ſibus, turbetur, aut ſupprimatur.

Nempe hoc utique, & conſiderare deb
rent, & multiplici experientia diſcere, quo
etiam fluxus *hæmorrhoidalis* poſſit fier
& per longam ſeriem annorum, juſto mod
ramine, & bene ordinato proceſſu, atque p
riodis menſuram non excedentibus, revert
ſine ullo detrimento reliquæ ſanitatis, a
conſtantis euphoriæ:

Dummodo ipſi ſic affecti, in œconom
corporis, & moderamine animi, nihil inſign
um turbarum ſuſcitent, aut admittant.

Quæ quidem recte circumſpecta conten
platio, imprimis bivium illud digito deſign
bit; differentiam inquam, inter *motus a*
hæmorrhoidas reſpicientes: & ipſum *fl*
xum, quacunque occaſione, exitum jam a
ſecutum.

Quod omnino prudentiam artificial
conſultationis poſtulat.

Dum nimio & ſecurius eſt, & facilius, v
rè tempeſtiva *praeſervatione*, etiam ipſu
motum, & totam *intentionem*, fluxum hæ
morrhoidalem affectandi, præoccupare;

Quan

Quam illum, *cum fide*, & conſtante ſecuritate, iterum *abolere*.

Quando vel, poſt ſæpe, aut diu, prægreſſos conatus & apparatus, tandem perrupit; vel aliquoties jam liberè ſucceſſit:

Manente utrinque *cauſa*, quæ ventilationem aliquam mereatur, vel ad talem, undecunque incitetur, ſtimuletur, aut foveatur.

Quod interim non ſatis intellectum habere, non poſſum bene multis vitio vertere; cum certe multiplicem, bene examinatam experientiam depoſcat, recte agnoſcere, quàm *ſenſibilis* ſit hæmorrhoidalis negotii motus, nedum ſucceſſus jam impetratus: ſi illi quidquam turbarum, præſertim per transverſa artificia, objiciatur.

Ex univerſa vero, ſolida, & perite æſtimata, pathologia, hæmorrhoidalis *ſyſtematis*, hæc tandem exſurgunt *therapeutica* axiomata.

I. Non ab omnibus hominibus expectari debere hæmorrhoidalem excretionem; ſed ſolum à talibus, qui diſpoſitionem ad iſtam, per cauſas peculiares, incurrunt, aut admittunt.

II. A talibus autem etiam, poſterioris cenſus, etiam prudente æſtimatione, quaſi ſuſpicari fas eſſe, quod tales commotiones ſuboriri poſſint; ſed propterea non æque ſimpliciter expectandum eſſe, donec propius aut proxime, ſive commotiones tales ſpecialiores conſurgant: vel plane impetu concepto perrumpant.

III.

III. Unde utique primum atque princep[...] consilium esse debet, justa, & certe temp[...] stive suscepta, *praeservatoria praeoccupa[...] tione*, omnem occasionem præcidere, n[...] commotiones tales suscipiantur.

IV. Quod quidem, velut à priori, fier[...] potest, satis exquisito moderamine rerum non naturalium; tam ipsam *plethoram* quam commotiones ejus, præsertim in tal[...] ætate, & ad talia *loca*, debite respiciente.

A posteriori vero, tempestiva *vicaria* ventilatione & depletione; & quidem in genere, secundum totam illam *regionem*, ad quam, in tali *ætate*, natura magis inclinat, quam in antecedentibus: nempe in infima corporis regione.

V. Ventilationem talem *vicariam*, cum emphasi hic nomino, in genere, seu generalem; nempe quæ etiam *generali* intentioni naturæ, respondeat: antequam illam per *specialem* locum exsequi sibi proponat.

Interim tamen *regionem* totam specialiorem; nempe *inferiorem* regionem corporis: illa periodo *aetatis* omnino respiciens, tanto facilius acquiescit, si ipsi ad minimum hoc intuitu aliquanto specialius, succurritur.

VI. Longe magis autem, & jam in *specie*, non tam succurritur, quam potius *occurritur;* quando propius, imo proxime, in tali loco, imo parte, talis emissio instituitur: ad

quam

quàm natura, *specialiore* destinatione, tali
empore, magis respicit, & quasi collineat.

Quale cœptum artificiale, tantum abest, ut naturam à toto hoc proposito speciali, avertat; ut potius eandem velut invitet, & ipsi viam planam commonstret: quando jam eò usque processit negotium.

VII. Interim, hic utique prudentia periti artificis locum invenit, ubi se exerceat. Dum videlicet in ejusmodi casibus, ubi contentio ad *specialem* talem locum, jam sæpius, & pervicacius, incubuit; aut peculiares circumstantiæ vitæ rationis, talem obstinationem eximie fovent & sustentant: prætereà, *generaliores* ventilationes, & remedia peculiariter efficacia, non satisfaciunt: Ibi, inquam, etiam talis *specialior* ventilatio locum sibi vindicat.

VIII. Quæ tamen, nisi peritissime instruatur, & subordinatis remediis gubernetur, certo certius talem patientem, in posterum, *actuali* hæmorrhoidali fluxui magis admovet, & ad illum propius disponit, imo inducit.

IX. Ubi nempe intempestivorum & turbulentorum Practicorum inconsiderata tentamina, certam turbationem introducunt. Quando nempe non prudenter æstimatur, an subjecta, quæ præ manibus sunt, etiam possint necessarias conditiones subire, ut generaliore medicatione, à specialioribus eventibus præmuniri possint.

 Quod

Quod ſicubi non obtingit, parum certe, non plane nihil, his impetratur. Sed latiu patentia incommoda, nihilo ſequius ſubnaſ ſentiuntur.

X. Adhuc magis autem, à felici ſcopo diſta quando talia offeruntur ſubjecta, quæ ja tum ejusmodi ſpontaneæ exonerationi, *a ſueverunt*.

XI. Quamvis enim etiam talibus, per g neralius ſubſidium, *levamen* aliquod, & qu dem certe non contemnendum, adferri po ſit; nequaquam tamen ſecurum, nedum lib rum eſt, ſub tali fiducia, totum reliquum c natum, aut exitum, temere reprimere,

XII. Quod enim maximopere notandu venit, dantur utique, & proſtant, talia rem dia, quæ fluxum hunc potenter coercere v lent.

Qualia tamen nominare, ab annorum a quot ſupra triginta decurſu, cum ſtudio abſ nui; ne vel imprudenti abuſui, vel plane m litioſo auſui, occaſionem præberem. Du nefarii agyrtæ, tali remedio, conſpicuam c rationem abſolviſſe videri geſtiunt: paru curantes, quid malorum ſucceſſuum & eve tuum, inde ſubnaſci poſſit, imo ſoleat.

XIII. Unde itaque tota res eò recidit, u quibus vera, conſtans, & ſolida *præſerva* generalior, tempeſtive ſuaderi poſſit; &, p *peritam* & *prudentem* providentiam, etia ſuaderi debeat: illis tempeſtive atque oppo tune, tale conſilium comendetur. XI

XIV. Quando vero exoptato effectui talis consilii, locus *non amplius* datur, tunc utique consilia, bene pensitata, ita instruantur, ut veris circumstantiis rei, qualis in præsenti esse, perite dignoscitur, recte quadrent, & respondeant.

XV. Semper tamen ante oculos habendum, quod universum negotium hæmorrhoidale adeo sensibile existat, ut omnes ejus turbationes, non solum certa incommoda post sese trahant, sed etiam graviora, importuniora, pervicaciora, quam ipse fluxus: & hoc serius ocyus, prout reliquæ circumstantiæ concurrunt.

Generalius illud præservatorium remedium, quibus nempe probabili ratione convenire judicatur, est venæ sectio *in pede*. Quam proinde ab aliquot supra triginta annis, in locis, & propemodum latioris ambitus regionibus, in quibus praxin exercui, ita commendatam reddidi, ut, Deo benedicente, optati ejus effectus certe numerosa testimonia audiantur.

Cui ventilationi, si remedium subordinetur, quod dissimulatas illas, per initia, commotiones, quasi turgescentes, sanguinis, (quas Wallung des Geblüts appellare soleo,) componat atque sedet, illud efficitur, quod nemo nisi ipsa praxi peritus, credet, nedum comprehendet.

Habeo, Deo adſpirante, hujus rei exempla, memoratu certe digna.

Tam hæmorrhoidum, è circumſtantiis ſatis ſenſibilibus, gliſcentium, nunquam ad graviora molimina prolapſarum:

Quam *podagræ,* jam aliquot inſultibus emicantis, poſthac, cum plena reliqua ſanitate, coërcitæ: ad plures, imo aliquot ſupra *viginti* annos, in ſenium usque ultra *ſeptem* & *ſeptuaginta* ætatis annos: ſine aliis artificiis pharmaceuticis, aut ullam eorum comparentem neceſſitatem.

Jam adſuetarum etiam hæmorrhoidalium excretionum, tale moderamen, ut illæ ſine alio incommodo, temperanter atque moderate tolerentur: Etiam ſub reliqua ſatis liberali, victus, & vitæ ratione.

Dum, ex adverſo, certe diverſa exempla annotavi, ubi intempeſtiva conſilia, & imperita tentamina, res eò usque tranquillas, ita ſubvertunt, ut præter omnem expectationem, nimium quàm ſiniſtri eventus, etiam citò, & velut impetu facto, ſucceſſerint.

Quapropter totam hanc deductionem, ita obſigno, ut coram toto orbe literato, cautum mihi velim, & jure meritoque proſpectum; ne mihi aliquid inde imputetur, ac ſi ego vel auctor cuidam fuerim, vel ſuaſor, ſine circumſpectione, certe ſumme neceſſaria, in his rebus incaute verſandi, aut aliquid, ſine prudente ordine tentandi.

Cum enim manifeſtum utique ſit, quod ego late patens hoc negotium, nimio magis, quam quisquam ante me alius diduxerim, imo vero, modo prudentes ſint judices, deduxerim: fieri inde poſſet, ut inſimularer, qualemcunque occaſionem præbuiſſe, in negotio, niſi cum ſtudio enucleetur, certe impedito, aberrandi:

Omni certe jure & juſtitia, proteſtor, ne quisquam etiam in hoc negotio, niſi cum exquiſita ratione, perita cognitione, dijudicatione, & circumſpecta adminiſtratione, aliquid audeat, non magis ipſi rei, quam meis præmonſtrationibus, non reſpondens.

TRA-

TRACTATUS II.

CUm è literis tuis perſpiciam, quod idem tibi evenerit, quod etiam aliis quibusdam honeſtiſſimis viris accidit, qui vel è ſcriptis meis diſſertationibus, vel diſcurſibus, coram auſcultando perceptis, theoriam præcipue, negotii hæmorrhoidalis comprehendere ſtudent; ut videlicet, theoriam talem, non ſatis reſpondentem juſtæ therapiæ, & adhuc minus ipſi praxi, ſatis reſpondentem, efformare videamini: neceſſarium duco hodegiam aliquam commonſtrare, qua ſingulis talibus ſcopis, juſto ordine, atque nexu, conſulatur. Ubi nempe primum locum occupat, theoria pathologica; ad agnoſcendum, imo dignoſcendum, quomodo Motus hæmorrhoidales, etiam adhuc è longinquo incedentes, inſignibus morboſis ſchematibus, in abdomine, & inferioribus regionibus etiam externi corporis, viam ſternant, aut ſcaturiginem quaſi præbeant. Imo vero, veluti reciproce, cum ejusmodi morbis, hinc inde ſenſibilius conſpirent, aut convertantur. Quod præcipue clinica experientia clarius demonſtrat. E quali juſta theoria, conſilia ſua capeſſere debet Therapia, ut non tam ſingulis talibus affectibus, tanquam plane ſeorſim, mederi allaboret: ſed potius ad verum ne-

nexum mutuum inter illos, animum dirigat. Cum contraria ratione, nec universæ rei recte consulatur, neque singuli tales affectus, veram & constantem medicationem inde assequantur: sed ad summum, ab uno loco in alium restringantur morbosi tales insultus, ubi non raro gravius incommodum, imo periculum, subsequatur.

Præcipua vero difficultas tandem occurrit in ipsa praxi; dum extra hujus prudentem observationem, credi non potest, quam sensile sit negotium hæmorrhoidum, proprie, directe, & in se, spectatum: & cum quanta circumspectione illud vel incitare conveniat, vel turbare, vel repellere & supprimere, inconsultum, imo periculosum, sit. Placuit itaque totius hujus rei, propiorem aliquem conspectum delineare, unde tam mea mens, quam imprimis rei ipsius veritas, planius comprehendi possit, & verus usus, tam theoreticus, quam therapeuticus atque practicus, inde elucere.

COmpendium omnium illorum quæ de negotio hæmorrhoidali à me, vel diſcurſibus inculcata vel ſcriptis inſinuata ſunt, eò re dit, ut intelligatur, nequaquam è ſpeculationibus, aut opinionibus proma nare, ſed ex ipſa, in ſenſus incurrente, *expe rientia*, percipi, imo quaſi manibus, depre hendi poſſe, quæ, juſto ordine, ſequentibu theſibus recenſentur.

I.

Quod equidem *proxima* potentia, qualem ſcholæ definiunt, ad actualem læſionem ſa nitatis, non ita incumbat *ſingulis* homini bus, ut propterea opus habeant perpetuis conſiliis medicis, nedum auxiliis pharmaceu ticis: dummodo in ſimpliciore, victus & vitæ ratione, perſiſtant. Nempe, tam circa reliquas res non naturales; quam nominatim, circa motus corporis, & affectus animi, tranquille gubernandos.

II.

Interim, qui ab hac regula, *notabiliter* in diverſum abeunt, illi, iiſdem paſſibus, è pla-

na

na & directa ſemita ſanitatis, certiſſime exorbitant.

III.

Hujus rei primus & legitimus gradus, eſt *plethora;* ſeu accumulatio ſanguinis, ultra neceſſitatem, aut præſentaneum uſum. Cujus rei alterum exemplum, nemine, ut puto, contradicente, conſpicitur, in *Obeſitate:* quæ vel ipſa vox non aliunde, quam ab edendo, nempe voracitate, deſumta videtur.

IV.

Abundantia talis (*inſignis:*) ſanguinis, adeò jam tranſcendit limites genuinæ ſanitatis. Dum hominem, primo loco, ad varia munia, *rectè ſanis* familiaria, ad ipſum ſenſum, minus minusque habilem reddit: proximo vero loco, etiam moleſtiis afficit.

V.

Quin plane conſpicuis, ex confeſſo *morboſis* inſultibus ſubjicit; quando vel plus, quam talis conſtitutio permittit, commovetur: licet actionibus, & rebus, liberiori ſanæ conſtitutioni, facilibus:

VI.

Vel, ſedentaria, *ſegni*, ſomnolenta, vitæ ratione, *ſpiſſitudinem* inſuper inducit humoribus ita abundantibus: imo, *excrementitiorum* humorum debitam exonerationem, magis magisque minuendo, corruptelis viam ſternit.

VII.

Sic affectus, *non* autem promiscue *quibus-libet* aliis, hominibus, (quorum immanis nu-merus ab hujusmodi ataxia immunis est,) consultum utique est, *imminutionem*, it: molestæ, suspectæ, & ad nocendum proclivis *insignis* abundantiæ, vel suadere, vel ipso ef-fectu adhibere: ipsa sana & plana ratione suffragante.

VIII.

Tanto magis autem, quando vel ipsi: mo-res intemperantiores, vel impotentia, vitæ suæ rationem satis circumspecte atque com-mode instruendi, (per civiles circumstanti-as) ante oculos conspicua sunt.

IX.

Talis *consilii*, cum ipsa ratione consentien-tem utilitatem, imo subinde necessitatem quacunque ratione, tranquille, & moderate in effectum deduci, ut ipsa sana ratio, non magis probare potest, quam vel ipsa dictar debet: ita certe contrarium foret rationi *media*, ad finem recte collineantia, repro-bare, & tamen *finem* ipsum, velle, & laudare.

X.

Jam autem in omnium hominum oculo incurrit ipsum factum; in *spontaneis* exone-rationibus sanguinis, seu *Hæmorrhagiis*.

XI.

Sæpissime tanto evidentius, quando ma-nifesto, ipsis talibus occasionibus & tempori-

bus

s, eveniunt, ubi ſanguis, ad ipſum ſenſum, ſtabiliter *commotus* eſſe, agnoſci poteſt: corporis motibus importunioribus, vini, t aliorum inebriaminum, largiore potu, nio æſtu aëris ambientis, &c. Quales cau-, in *juventute*, (dictis modis diſpoſita, *ple-orica,*) familiariter, hæmorrhagia *ê nari-ſ*, ſequitur: in aliis autem *ætatibus*, etiam r alia loca, exitum talem permittentia.

XII.

Quando vero etiam liberet facilis *exitus*, n æque promte reſpondet; tunc tamen que ſimpliciter improbari poteſt, eò reſpi-ens, ad minimum *tentamen*, & apparatus. quidem etiam in *moralibus*, *conſilium* non ſolute cenſetur malum, quando exitus & ſectus deſignatus, impeditur. Cujus cer-" rei memores eſſe debent, ipſi *Artifices*;" orum conſilia, & multoties etiam opero-" tentamina, tamen in irritum recidere," fas certe ducerent, vitio ſibi verti."

XIII.

In Oeconomia *vivi* corporis, nullum ali- ſubſidium eſſe, quo rebus ipſi *moleſtis* re-ere liceat, præter ſolos *motus*, non ſpe-latio forte aliqua, ſed nota eſt veritas. nde, ſi corpus aliqua re moleſta *exonorare* ceſſe ſit, non poteſt hoc aliter fieri, quam *tibus*. Unde etiam, quando moleſta talis *undantia* humorum, imminui debet, non teſt hoc aliter, nedum commotius fieri, quam

quam (ſimpliciſſimo ſenſu vocis,) *re*
vendo.

XIV.

Movetur ergo maſſa humorum, ſolito m
gis & intenſius, ad talia *loca*, quorum text
exitui, præ aliis, apta eſt. Ubi, ſi liberal
exitum aſſequitur, vel ipſius vulgi homin
experientia agnoſcit, quod nihil *mali* ſed
quid *boni*, perpetratum ſit;

XV.

Sic ubi vero exitus, & per hunc, exo
ratio, non obtineatur; Uti rurſus, nulla ſ
culatione indiget, ſed indies ipſis ſenſibus
judicari poteſt: Non ceſſit propterea ſta
contentio, in hunc finem incumbens: imò
tis frequentibus Exemplis, poſt unum vel
terum diem, adhuc effectum ipſum aſſeque
nempe *eruptionem* ſanguinis.

XVI.

Interim, præſertim ſi *contentio* talis
quanto fortius inſtituatur; Diffunditur *ſt*
gnatio inde nata, etiam *latius* circà locu
arctiorem, conſulti exitus: unde variæ m
leſtæ ſenſationes, *tenſionis*, *gravitatis*, *a*
doris, *doloris*: tum etiam *rubor*, exilium *v*
ſorum inflatio, nec plane raró aliqualis *i*
flammatio, concurrunt.

XVII.

Jam vero, porrò, longe abeſt à nuda ſp
culatione, ſed vel triviali obſervatione co
firmatur; illa jam a *Hippocrate III. apho*
text

ætibus ult., notata veritas; quod, singulis *ætatum* gradibus, hæmorhagiæ, *per peculia-* *ria loca* corporis exitum invenire soleant.

XVIII.

Neque vero minus etiam illud, sine specu- *latione*, solum ad experientiam attendentibus, occurrit; notante etiam ipso *Hippocrate:* quod etiam secundum tales gradus *ætatum*, peculiariter, maxime circa illa *loca*, & per illas *regiones*, præcedente paragrapho XVI. nominatæ *stagnationes*, & quæ illas comitantur, aut sequuntur, *pathemata*, incumbant: nempe *eruptiones* destinatæ, successum non sequantur. Tanto magis, si etiam accidentales, occasionales causæ, sensibilius concurrant.

(Iterum dico, pro improvidis, *non omnibus hominibus*, imo *paucis*, ad immanem reliquorum numerum, talia evenire: sed ita, ut per initia notatum est, dispositis.)

XIX.

Talis, vera, & sensibus ipsis agnoscenda, constitutio œconomiæ corporis; iterum certe sine ulla speculatione, aut nuda opinione: tam longè cohæsionem, *pathologicæ* contemplationi offert, quam multò verius nominandæ, *opiniones* vulgares, effinxerunt.

XX.

Dum causam non solum, sed varia etiam consectaria, eruptionum hæmorrhagicarum,

&

& ad illas tendentium, imo contendenti
conatuum, tanquam in apricum produci

XXI.

Adeoque non ſolum veros *fontes*, & mu
as conſpirationes, morboſorum talium e
tuum præmonſtrant, pro verace *patholog*
ſed etiam ſolide fundatæ *therapiæ*, pla
viam ſternunt.

XXII.

Qua ratione, nempe, ad ipſum fundum t
um morborum, conſiliis juſtis, & auxiliis,
petuo reſpiciendum ſit, ut curationes è *f*
damento inſtituantur: dum omnis div
therapia, recte conſiderando, nihil aliud a
quam ut vulgò dicta, hic autem verè ſi
cenda, *ſymptomata*, tractet: vero *morbo*,
que cognito, neque curæ cordique hab
Rivulos exſiccare contendens, *ſcaturi*
ſuo curſui relicta.

XXIII.

E quo vero neglectu, illud præcipue flu
imo exundavit, ut nihil communius occu
quàm morbi, à *ſimpliciore* ſuo ſchemat
progreſſu, in varias *turbas* intricati.

XXIV.

Et hoc quidem, luculento document
ejusmodi ægris, qui juxta *opiniones* illas d
as, jam diu multumque tractati fuerunt.

XXV.

„Cum totis centenariis occurrant ex
„pla, aliorum, qui in ſimiles morbos, a

ſimplicius devoluti, & ab inconditis conſiliis," aut tentaminibus, abſtinentes: vel plane" iterum, ſpontaneis ſucceſſibus, liberantur:" vel ad minimum lenius tolerant ſuum ma-" lum: neque indeſinentibus vexationibus," ſemper novorum tentaminum exagitantur," nec pro illis mercedem, ſine ullo uſu aut ef-" fectu, prodigunt; nedum ut penitus in gra-" viora, totius ſanitatis detrimenta, tanquam" voraginem aliquam, devolvantur. Cujus" veritatis ſeriam obſervationem, juſtæ æſti-" mationi commendare, ſi jus & fas non eſt," quid usquam aliud erit!"

XXVI.

Secundum has contemplationes, cum jam ab annis, propemodum quadraginta, *hæmorrhoidalis* negotii latifundium detegere aggreſſus ſim, cauſas ejus cœpti juſtum eſt allegare. "Habebam ante oculos, virum pri-" ma neceſſitudine mihi æſtumatiſſimum, qui-" à malo Iſchiadico, gonagra, & podagra, per" aliquot annos, ſæpe graviter afflictus, ab his" in poſterum conſtanter liberatus vixit, plus" quam triginta annorum decurſu: & hoc" aſſecutus erat ſola, ſupervenientis fluxus hæ-" morrhoidalis, placida & tranquilla, periodi-" ca ventilatione.

XXVII.

Cum harum rerum nexum aliquem pro-" ſpicere mihi viderer, deficiebat ante omnia," illo adhuc, juventutis meæ tempore, expe-" rientia,

„rientia, de fluxus hæmorrhoidalis qualicun-
„que frequentia: dum, quibus ille obtinge-
„bat, non aliter quam obſcœnam aliquam
„rem, illum celare, ſtudebant. Poſtquam au-
„tem praxin ipſam aggreſſus, & aliarum æta-
„tum hæmorrhagias, & cum his conſpirantia
„ſymptomata, liberius percontando dete-
„gens: ſenſim etiam, modeſte & liberaliter,
„in hæmorrhoidalem fluxum inquirebam,
„talem ejus paſſim frequentiam intellexi,
„qualem neque dictis, neque ſcriptis, un-
„quam vel audiveram vel inveneram.

XXVIII.

Hac in re cum utique nulla ſpeculatio locum haberet, aut opinio, ſed nuda experientia, & relatio ita affectorum, totam rem ſiſteret; non poterat aliter fieri, quin ſimul etiam *quatuor* eximia, non argumenta, ſed documenta, una ſeſe offerrent. Nempe I. quod non ita pauci, fluxum hæmorrhoidum, plus minus *periodicum*, haberent, ſine ullo detrimento reliquæ ſanitatis; etiam ſub diæta, non quidem intemperante, ſed tamen etiam nihil coacta. II. Alii, *antequam* fluxum hunc nanciſcerentur, variis pathematibus, *Hypochondriaco-colico obſtipatoriis*: aut *iſchiadico-gonagricis* & *podagricis*, ſæpius exerciti; ab iſtorum inſultu, erumpente hoc fluxu, *liberarentur*. III. Aut, *emanente* tali Fluxu, in talia pathemata, vel inciderent, vel denuo relaberentur. IV. Non pauci

vero

vero etiam, pleraque hæc, *ſimul cum fluxu*, ſine ordine, aut ſenſibili ſubordinatione, experientur. Quorum omnium, inquam, exempla, quod veram veritatem teſtor, non ex aliorum, ſed propria talium ægrorum, relatione, quin ipſa autopſia, cognoſcebam.

XXIX.

Imo ipſa quoque *Nephritis*, & *calculus* tandem, cum hæmorrhoidum *inordinato* fluxu, ſatis ſæpe ſe offerebat. Incertum tamen, & merito dubium, an *primi* inſultus *Nephritici*, vere & ſimpliciter tales fuerint; & non potius *Iſchiatici*: cum etiam veram *nephritidem*, adhuc *ſimplicem*, non calculoſam, *pellentibus* remediis in *calculoſam* converti poſſe, a longis jam annis, nulla ſpeculatione ſed nimis quam clara experientia, compertum habeam.

XXX.

Omnia prædicta, uti, repeto, nulla ſpeculatione, ſed ſimplici obſervatione experientiæ, tam ipſe deprehendebam; quam fieri non poteſt, quin multi ſolertes practici, eadem ratione animadverterint: Ita adhibita, tandem utique, ſpeculatione, oppido tamen ſimplici atque plana, non poteram diu ambigere, an hæ res, veram & conſpicuam *conſpirationem*, inter ſe mutuo haberent, aut foverent.

XXXI.

Cum autem etiam, per reliquas *ætates*, ſatis manifeſtas *conſpirationes* animadverte-

rem, eruptionum ſanguinearum, circa cert
loca, & ſtagnationum humorum, circa eaden
illa loca: Et quicquid ab his, ſatis conſpicu
proceſſu dependet: toto *genere* unum idem
que, *ſpecie* vero, tantum juxta locorum dive
ſitatem, differens: Non tam ſpeculatione in
de formavi, quam ipſo ſolum conſpectu pe
cepi, omnium atque ſingularum talium rerun
originariam paritatem.

XXXII.

Tanto magis autem documentum harun
rerum, plane luculentum, perpendebam, i
negotio, toti *muliebri* ſexui, per longum am
bitum ætatis, *univerſaliter*, quarto modo, u
in ſcholis loquuntur, *proprio*, *menſtruæ* eva
cuationis ſanguineæ.

XXXIII.

Hanc quidem debite procedere, ut omn
um hominum conſenſu, ſimpliciter *ſanitat*
hujus ſexus præcipuam partem conſtituen
agnoſcebam; Ita tamen turbatum ejus ſucce
ſum, plane *non diſparia* incommoda & path
mata introducere, quam in aliis locis coor
entes, ſed perperam procedentes, aut perve
ſos, ſanguinearum evacuationum conatus.

XXXIV.

Tunc autem, certe jam nonnihil proten
ſpeculatione, diſpiciebam, quantum omnes al
os ſpeculatores implicaret, phænomenon i
lud, non ſolum verum atque certum, ſed e
iam plane conſpicuum; quomodo nempe ta

le

les *excretiones ſanguineæ*, *ad certas non ſolum regiones, ſed plane ad certas partes*, quaſi *dirigi* poſſint: non obſtante, primo intuitu, tandem detecto progreſſivo *circulari* dicto, motu ſanguinis.

XXXV.

Ibi iterum, certe non tam ſpeculatione, quam nuda animi adverſione, connotavi, *Motum* illum *tonicum, vitalem*, non voluntarium, in *mollibus* partibus corporis plerisque omnibus. Cujus *actu, receptio* influxus, ſanguinis æquè, ac refluxus, ita *temperari, circumſcribi*, imo *reſtringi* ſolet, ut craſſis exemplis, præſertim *terroris* inſignis, non *oculis* ſolum conſpici poſſit effectus ejus, ſed etiam *tactu* palpari, è repentina perfrigeratione partium extremarum.

XXXVI.

Hujus generis phænomena, cum etiam paſſim in hucusque dictis affectibus, in ipſos ſenſus incurrere, obſervarem, evaneſcebat omnis ulterior dubitatio de vero nexu, conſpiratione, & ſubordinatione, omnium & ſingulorum talium pathematum.

XXXVII.

Quia vero *hæmorrhoidale* negotium, inter omnia reliqua, quam minimum ad animos revocatum inveniebam, occupabam hoc argumentum, quaſi rem pro derelictâ habitam. Eo magis quidem, cum tam de ipſo, quam præcipue de variis ejus ſucceſſibus morboſis,

nihil usquam inveniebam, tali veræ illorum hiſtoriæ conſentaneum: ſed potius omnia atque ſingula, admodum *privatis* cauſis, tanquam ſingulares effectus, per ſe ipſos ſubſiſtentes, & necunde dependentes, aſſignata.

XXXVIII.

Ante omnia vero, primo ſtatim loco memorandus occurrebat, MOTUS Hæmorrhagicus; Ab actuali *exitu*, longe adhuc diverſus.

XXXIX.

Quæ certe res, unicè, in culpa fuit, quamobrem, inde ab omni ævo, præcipue *hæmorrhoidale* negotium, attentionem medicorum ſubterfugit: Dum nempe ſatis certum eſt, longe majorem numerum inveniri talium ægrotorum, qui cum *Motibus*, & *conaminibus*, hæmorrhoidariis, per ſatis longa tempora, colluctantur, ſine eventu aut *effectu*, conſpicui *fluxus* hæmorrhoidum. Unde nempe, ſi quando etiam tandem quadantenus hic *fluxus* comparet, magis pro *ſymptomate* talium affectuum, & velut *obliquo* effectu, cauſæ eorundem, explicari adſuevit, quam ut *reciproce*, vera *mutua* conſecutio, in ordine juſto, inde agnoſceretur.

XL.

Quæ vero implicatio, cum & *pathologiam* penitus eluderet, & conſequenter, omni *methodo therapeuticæ*, viam præcluderet, illud maxime ante oculos habui, ut tandem ad

tranquilliorem pensitationem hujus *Motus*, animi revocarentur.

XLI.

Illud certe satis tempestive, largiente Deo, " assecutus sum, ut inde ab illo tempore, plus " de hoc negotio audiatur, quam unquam an- " te hac factum esse invenitur. " Ante omnia de *veritate* ipsius rei, & liberali jam confessione, seposito omni irrito & inani pudores talium ægrorum. Unde etiam aliqui, qui pro sui animi intemperie, per initia me derisefant, tanquam de re vix invenienda, tantum verborum facientem; satis tempestive, quantum ipsum factum attinet, non solum se continuerunt: sed plane in alterum extremum prolapsi, vel in excessum usque, ipsam rem dedepredicaverunt.

XLII.

Inanes autem sunt, alienorum ab omni discretione capitum implicationes, a meis dictis atque scriptis penitus abeuntes; Quasi hæmorrhoidalem evacuationem, *omnibus* in universum hominibus deberi, unquam innuerim; Aut pro simpliciter *necessaria*, quin solum indifferenter, *utili*, designaverim. Ab adolescentibus scholasticis erudiendi, quid denotent vocabula; *Absolute*, aut, *respective*; *simpliciter*, aut, *secundum quid*: *Immediate*, aut, *mediate*: *Directe*, aut, *per obliquum*, *consequenter*, successive. &c.

XLIII.

Quem autem verum uſum habeant, veræ hæ, & plane veraces, non ſpeculationes, ſed in ipſos ſenſus incurrentes obſervationes, viri prudentes & periti judicabunt. Imperitis autem, nedum ardelionibus, incumbit, a rebus certe magni momenti, non tam ſolum cavillationes, ſed tanto magis illotas manus, abſtinere; ne ſic affectos ægros, ignorantia ſua, & tamen impudente audacia, in tales labyrinthos impellant, unde neque per naturam, nec artem optime fundatam, illos expediendi, ullum amplius conſilium vel auxilium, locum inveniat.

XLIV.

Suffecerit brevibus verbis enuntiaſſe; 1) *Senſibile*, ſi quod aliud, eſſe hæmorrhoidum negotium; præcipue undecunque *turbidum*, aut temere *turbatum*. 2) Nemini, nondum aſſueto, illas *proritandas* eſſe; cum etiam vix ulla ſit ſatis ſecura via, directe hoc obtinendi. 3) Sicubi vero, prudentiſſima æſtimatione, tale quid audendum videretur ſecurius per *hirudines* hoc tentari. 4) *Turbatum* jam negotium, modeſtiſſime gubernandum eſſe. 5) Ad *dolores, tumores, ardores, teneſmos, procidentias*, niſi expertæ fidei remedia ſuppetant, promiſcuis tentaminibus præſcriptionum, nihil audendum. 6) *Nimium* fluentes, ſimpliciter tantùm adſtringendas *non* eſſe. 7) *Emollientibus* aut *maturanti-*

rantibus, *fiſtularum* periculum induci. 8) Nimio minus periculi inferre, quantuncunque gravem, *tolerantiam;* quam temerarias Empirias. 9) Arduum eſſe, quidquam præſcribendo definire, propter inconditum uſum, aut imprudentem *abuſum.* 10) Præcipui momenti eſſe, tempeſtivas *ventilationes* vicarias; præſertim per V. S. in pede: & commotionum, ſanguinis, tacitè pullulantium, mitigationem: Abſtinendo ab omni *narcoſi.*

XLV.

Proteſtor autem iterum, nihil omnium hactenus dictorum e ſimplice ſpeculatione dictum eſſe, ſed a certa, perſpecta, & perpetua, experientia, conſtanter obſervatum, & multiplici uſu comprobatum.

XLVI.

Quia vero omnino intereſt, ut, agnita tandem harum rerum veritate, etiam *praxi* utiliter applicetur, quicquid, de genio harum rerum, recte cognitum & perſpectum haberi poteſt; eſt certe mox prima propemodum, practica talis æſtimatio, non tam æque, quid velut in genere *omnibus* competere poſſit. Non dico, hominibus; ſed è magno horum numero, certe paucioribus (hoc reſpectu) quibus *evacuationes* ejusmodi ſanguineæ, ſerius ocyus imminere, veluti præſagire fas eſt: tanto magis autem, quibus jam *proxime* imminere, è ſignis certioribus colligere licet:

nedum quibus jam ad ipſum *effectum* pert[illegible] gerunt.

XLVII.

Ubi iterum iterumque prudenter penſita[illegible] re convenit, certos illos *nexus* aliorum affe[illegible] ctuum, qui cum hæmorrhagicis *conatibu*[illegible] colludere atque conſpirare ſolent. Utpot[illegible] qui, ſi omnia recte intelligantur, ſubind[illegible] ſignorum dignitatem habent, è quibus a[illegible] ipſos conatus & *apparatus* hæmorrhagico[illegible] proſpiciendi occaſio ſeſe offerat. Dum uti[illegible] que innumera exempla *practica*, abund[illegible] monſtrant, quantus *conſenſus* intercedat, in[illegible] ter illos apparatus, ad ventilationem tenden[illegible] tes; & *ſtagnationes*, per loca vicina, au[illegible] conjugata, illarum *regionum*, in quibus ipſ[illegible] *evacuatoria* ventilatio, utilius, aut certe to-lerabilius, ſuccedere poſſet: imo, pro diverſi-tate ægrorum, fieri deberet.

XLVIII.

Ubi nempe omnino ad clinicam practicam peritiam pertinet, bene *dijudicare*, tum ipſas connatas, ſeu *hæreditarias* diſpoſitiones. Tum *temperamenti*, & huic reſpondentis *animi* *morum*, & vitalium actionum, plus minus con-ſpicuum typum.

XLIX.

Deinde ipſius educationis, vel inde ab ipſis incunabulis, peculiares rationes, ad *aſſuetu-dines* diverſas deducentes.

L.

L.

Porro, *vitæ rationis* diverſitatem; non tam ſimpliciter ſecundum *phyſicas* circumſtantias: ſed ſæpenumero, ſecundum *politicas* ſeu civiles, neceſſitates. Quarum poſteriorum reſpectu, inania certe ſunt conſilia, quæ ſimpliciter ad priores, *phyſicas* rationes, inſtruuntur; dum, ex adverſo, nimio ſæpi-" us, in hoc genere, acquieſcere oportet mino-" ri malo, ſi majus, aut in univerſum omne de-" clinare, nullo modo integrum exiſtat."

LI.

Quorſum nempe pertinet, in ſolidum, uſitata illa loquendi formula, de *beneficio* naturæ. Quandoquidem nemo, niſi imprudentiſſimus, *minoris incommodi* tolerantiam, poſtponere ſuſcipiet, longe *gravioris damni* metuendo ſucceſſui.

LII.

Tanto majoris autem, in hoc genere, ponderis, eſt illa notitia; ſed non aliunde haurienda, quam è circumſpecta, & in veritate pe-ita, clinica *praxi*: quam *ſenſiles* ſubinde ſint ejusmodi conatus & apparatus hæmorhagici: & quam facile *turbari*, & in devios proceſſus educi poſſint.

LIII.

Et hoc quidem communiter non ſolum de" uno *ſchemate*, in aliud: ſed, rotunde elo-" quendo, de malo in *pejus*, de leviori, in gra-"

„vius, de magis placabili, in pertinacius & in-
„tractabile.

LIV.

Quarum omnium atque ſingularum rerum, uti varia recenſeri poſſent exempla; & inter hæc certe non ultima, de ipſo *hæmorrhoidali* negotio: ita non abs re fuerit, eminens quoddam juſtæ conſiderationi commendare. Nempe, *translationis*, vel uti vulgo loquuntur, *regurgitationis*, de uno loco in alium: imo de una *regione*, corporis, in aliam.

LV.

Quod poſtremum, prudenti praxi ſæpenumero nimium quam evidens occurrit, in ſubjectis *provectioris* jam ætatis. Quibus ejusmodi *translationes*, ex inferioribus regionibus, ad ſuperiores, ſæpe velut ad ſenſum, familiares ſunt.

LVI.

Notorium vero penitus exemplum, paſſim offert, debitæ *muliebris* evacuationis turbatio; inprimis *repentina*: & hoc quidem in corporibus, de reliquo ſatis ſanis, floridis, pleni habitus, *plethoricis*.

LVII.

Dum videlicet, quando liber ſucceſſus & exitus debitæ hujus evacuationis impeditur: *reſtagnationes* tales, per *hypochondria* ac ventriculum; vel ad *pectus*: vel ad *caput* ſatis familiariter illabuntur, & varias turbas in talibus locis concitant. *Colicas, tenſiones*

&

& inflationes, *ſplenetica* pathemata, *cardialgias*, *vomendi* conatus, aliquando ad *cruentum* vomitum usque *alvi* adſtrictiones *ſpaſticas*; *Rectoris* oppreſſiones, difficilem *reſpirationem*, *ſuffocationes*, *hæmoptyſin*, *peripneumoniam*; *cephalalgias* ſenſibiliſſimas, *hæmicranias*, *vertigines*, *odonthalgias*, *oculorum* & *viſus* obſcurationes. Aut in *artus* protenſos *ſpaſticos*, affectus *rheomaticos*, *arthritides*, gravitates & laſſitudines; *Intercurrentibus* etiam, per antedicta omnia, variis *febrilibus*, volaticis, frigoribus, & æſtuationibus, nullum ordinem aut typum ſervantibus. &c.

LVIII.

E quibus, etiam in vulgus notis, eventibus, ad ipſum ſenſum dilucet, quomodo evacuationum talium interceptiones, momentoſas *turbas* in diſtans, concitare poſſit: Cum ipſa evacuatio, ſibi conſtans, in ipſo ſexu, a nemine pro *re præter naturam*, ſed vix ſimplicius, *non-naturali*, agnoſcatur.

LIX.

Ut adeo ab hoc *paradigmate*, non *analogia*, aliqua, ſed certe *æqualitas*, etiam ad aliarum evacuationum ſanguinearum *conamina*, colligi poſſit; Quando hæ tales, vel jure aliquo ſuſcipiendæ videntur: vel plane jam in aliquam *conſuetudinem* tranſeunt: quod quidem in his negotiis, certius atque citius contingit, quam vulgo, pro dignitate, annotatum invenitur.

LX.

LX.

Unde autem, etiam in hæmorrhoidali m gotio, nimium diverſa eſt conſideratio illi caſus, quando hæmorrhoidales *conatus*, e iam *ſine* exitu, jam diverſis *vicibus* inſult verunt: aut jam *effectum* evacuationi quantumlibet tranquillum quidem obtinu runt: Sed quocunque modo *turbati* ſunt.

LXI.

Nemo enim certe, niſi bene peritus haru rerum, facile crediderit nedum ut intelliga quam prudenter & modeſte, hujusmodi co ſtitutiones, obſervari, dijudicari, & tracta poſtulent. Et quanto melius ſubinde ſ patienter tolerare minora adhuc incomm da, & ipſi potius naturæ, ſub bono *regimi* rerum non naturalium, permittere, ut illa viam redeat, quam moderatius proſequi pe gat: quàm ut *alienis* tentaminibus, *inten peſtivis*, aut *inordinatis*, illi conſulere, animum inducatur.

LXII.

Quapropter ingens omnino circumſpect requiritur, ad inſtruendam veram *methodum* ſecundum quam ejusmodi conſtitutionibu occurrere atque ſubvenire, integrum ſit, u non amplius de nuda *præſervatione*, & lo ginqua *præoccupatione*, deliberandi locus eſ 1) Qualis *eminus*, & ſub *initia primi* hæmorrhagicæ propenſionis, locum inveni poteſt, ne talis, firmiore intentione quaſi d ſignetur: 2) Se

2) Sed ubi jam propius ad *effectum* formatæ talis intentionis, collineantes contentiones gliſcunt:

3) Quales nempe, neque tam cito iterum *placare* facile eſt; neque, ſi hoc *in præſens* obtingat, & impetretur, propterea *conſtans* abolitio ſimilium conatuum ſperari poteſt, quo minus, oblatis occaſionibus, denuo inſurgant, &, ſi non directe *eruptionem* machinentur, tamen per *obliquum*, vicinis, quin plane diſſitis locis, ſimile propoſitum in effectum deducere connitantur.

LXIII.

Hæc certe *methodi* prudens inſtructio, uti ſemper, ita in his etiam caſibus, ſtudioſe deſignari debet. Interim nequaquam minoris, tam prudentiæ, quam peritiæ practicæ, negotium eſt, *remedia* talia in numerato habere, quibus illi ſcopi vere attingi poſſint, quos methodus juſta ſibi præfixit.

[Eſt certe hæc contemplatio maximi momenti, in quorumlibet morborum, vere Medica artificiali tractatione: tanto magis, cum inde à longisſimis temporibus, graviſſimæ intricationes circa hoc objectum invaluerint.

Nemo certe, niſi cum ſumma circumſpectione, & attentiſſima obſervatione, praxi medicæ invigilans, ſatis intelligere poteſt, quantum diſtent vulgatæ traditiones; & prodigæ enumerationes, remediorum, variis ſpeciebus morborum, cum elogiis dicandorum.

Ut

Ut nihil dicam (quamvis ipſum certe fu-
damentum reſpiciat) de neglectu pernoſce-
di verum *genium* morborum; & huic ſupe-
ſtruendæ *methodi*, *quando*, quo *ordine*, q-
bus *ſubordinationibus*, medicando ſubveni-
ſit integrum.

Certe luxurioſa illa farrago remedioru-
graviſſime confundit, præcipue arctiore-
praxin. Dum videlicet *arctiorem* numeru-
ægrorum nanciſcens Practicus, non pot-
aſſequi, ut ſua *propria* experientia certus fi-
quid, & quantum, tanto numero dilaudat-
rum remediorum, ſingula, nedum omnia (ſ-
eadem rubrica commendata) deſidera-
eventui, *in rei veritate*, quadrent atque ſat-
faciant.

Ut videlicet inde, aditum invenire poſſ-
ad *ſelectum* inſtruendum, quomodo alii p-
aliis fidere, & acquieſcere liceat. Ne co-
cervatis, in unum faſciculum, ſimplicib-
difformes potius, & ſe mutuò implicant-
effectus aſſequatur, quam, ex ſua opinion-
uni quæſito *ſcopo* reſpondentes.]

Hoc, ut de omnibus & ſingulis morb-
omnino valet; ita certe de *hæmorrhoid-*
negotio, eminenter intelligendum venit.

Deficit enim hic ante omnia, inde ab an-
quis temporibus, verus intellectus, de huj-
etiam affectus vera indole. Dum propem-
dum in genere, pro *ſimpliciter* præternatur-
li declaratus hic fluxus, ad nihil aliud inc-

ce-

cere potuit Medicos, quam ad intentionem, illum ſimpliciter *percurandi*; *cohibendi, ſiſtendi, abolendi.*

Factum inde eſt, ut non ſolum *adſtrictiones* generaliores, interno & externo uſu, huic opponerentur:

Sed etiam præſertim à dimidio circiter ſeculo, *ſpecifica* quædam laudarentur, quæ *cohibitioni*, & ſuppreſſioni, hujus fluxus, inſerviant.

Ne unum vero, quantum ſtudioſa veſtigatione adhuc invenire potui, quod, *interno* præcipue uſu, *ſimpliciter* & directe, *reſerando* huic fluxui, ſatisfaciat.

Unde quidem, cum valde ambiguos even-" tus, ſimplicis talis *ſuppreſſionis*, ſatis perſpe-" ctos haberem, etiam cum ſtudio abſtinui, ta-" lia *ſimplicia* (ut aliqua ſunt,) nominibus ſuis" deſignare; ne peccandi occaſionem ſubmini-" ſtrarem."

Dum autem etiam, interna remedia, ad *provocandum*, adeoque, ubi ex uſu foret, *revocandum* eundem fluxum, uti monui, non ſuppetunt; nempe, quæ *directe* & *tranquille*, hoc perpetrare valeant: non minore ſtudio etiam abſtinui, illa ſuadere, quæ non, niſi longinquo *eventu* potius, quam effectu, huic ſcopo ſubſervire, dico *ſubſervire*, non ſine omni veritate, memorantur. Cujusmodi ſunt, *aloë, gummi reſinæ, elleborus niger, &c.*

Cum vel paulo peritiores Practici animadvertant,

vertant, quod talia quidem, uti lepidè loqui-tur Comicus, *moveant* quidem, *sed non pro-moveant.* Unde *longinquas* potius com-motiones, per *hypochondria* (*venæ portæ* co-hærentia) suscitant: ad *exitum* autem sim-plicem non pertingendo, nihil verius effici-unt, quam ut turbas concitent, & foveant.

Quicquid autem, in hoc negotio, *aperien-darum* inquam hæmorrhoidum, & simpli-cem fluxum *revocandi*, securius, & efficaci-us, obtineri valet, *externis* potius subsidiis prudenter tentare fas erit.

Clysteribus, Suppositoriis, & tandem, *San-guisugis* dextrè applicandis: sed etiam talia sub prudente dijudicatione temporis. Ubi etiam testari possum, quod tam succus lacte-us, è germinibus, & foliis *ficus* viridis exsu-dans, externo tali, *in tempore* instituendo usu aliquando expectationi respondeat. Neque vero etiam contemni mereatur, Paroei obser-vatio, de *galeopsi*, apertioni hæmorrhoidum inserviente. &c.

Interne interim potius placando omnem *turgescentiam* generaliorem, seu vulgo di-ctam *ebullitionem*, sanguinis; quod per pru-dentem usum *nitri*, felicius obtinetur, quam per alia tentamina.

Quolibet autem intuitu, *præservandi* sco-po, & moderandi, tempestiva *ventilatio*, per vernas & autumnales missiones sanguinis

in

n pede, tranquillitati metuendarum com-
notionum, egregie ſubvenit.

Quod quidem experientiæ ſuffragio ita
onfirmatum habui, ut non ſolum in *hæmor-*
hoidum negotio, ſed ipſa jam tum *podagra*,
alibus methodis, & remediis, effectus, per
)ivinam benedictionem, aſſecutus ſim, im-
eritis vix credendos.

Graviter autem turbatum *hæmorrhoidum*
egotium, in planam viam, & plenam placa-
ionem, revocare & perducere, vix non ſem-
er, irritum erit cœptum. Præcipue, quan-
o pejora conſectaria, *œdematum* hydropi-
orum, continuarum ferocium *colicarum*,
edum *hepatis*, aut *lienis*, *ſcirrhoſi* infarctus,
am prævaluerunt.

Maximopere autem monere atque dehor-
ari convenit, ne *Chirurgi*, externis tenta-
ninibus, hæmorrhoidales affectus tractan-
os ſuſcipere, temere ſibi ſumant. Sive
ninus provide, per inciſionem *aperiendo*;
ive per cataplaſmata, unguenta, emplaſtra,
ggrediendo.

Cum enim orificia hæmorrhoidalium va-
orum, aliquando ita intumeſcere ſentian-
ur, ut nodulos quosdam forment; quales
œcarum hæmorrhoidum nomine notan-
ur: diſcretione talium opus eſt, & diverſa
tiam tractatione.

Sunt autem ſecundum hanc diverſitatem,
impliciore adhuc conſiſtentia, *duæ* talium

ſpecies; nempe vel ſolum *turgentes*, ta
quam veſicula ſanguine repleta, ſub ten
membrana, rubro colore translucente;

Aut *tumentes*; nempe *durum* quenda
& communiter oblongum, nodulum fo
mantes: denſiore cutaneo ambitu circu
date.

Priores Germanis Maſt-Körner / &
cken (Zacken) vocantur; nullo valde mo
ſto ſenſu conſpicuæ, præterquam quod in
dendo, aut equitando interdum aliquid
commodi exſerant.

Poſteriores autem, vel mox ab initio,
intra breve tempus, non ſolum *dolores* c
cipiunt, ſed etiam, præſertim per leves i
tationes, adeo exquiſitum, ut ægri velut i
manes cruciatus inde perſentiſcant: c
proceſſu in *muturationem* ſuppuratori
quidem tendunt, ſed languidius ſucced
tem. Nempe *furunculum* verum form
do, qui non niſi in *meditullio* ſui, *exilem*
pacitatem habet: quando vero matura
bus tractatur, ſenſim demum etiam per a
bitum ſuppuraſcit, & amplum ac profund
abſceſſum præbet; aut, niſi hoc ita larg
eveniat, facillime in *fiſtulam* degene
De quali conſtitutione jam dudum egi,
Diſſertatione, de *Abſceſſu & Furunculo*
1702. ventilata.

Cui eventui certiſſimè viam ſternu
emollientia remedia, præmature impoſi
qua

quamvis non æque raro ipsa negligentia ægrorum, culpam hic mereatur, consilium aut auxilium nullum, satis tempestive quærentium.

Unde, cum talis sinister eventus, non alia ratione præoccupari possit, quam *discussione* quantocyus impetrata: quando talis non amplius locum invenit, via alia non suppetit, nisi vel circumspectissima *apertio*, vere *mature*, instituatur: vel *maturatio* (in tali casu demum necessaria) quantum fieri potest, promptius procuretur, formatus abscessus optime, & *funditus*, mundificetur, & tunc denique consolidari permittatur.

[Quod de *matura* apertione *Furunculi* dixi, concernit veram ejus indolem, quæ multum differt à simplicis *apostematis* constitutione. Cum enim *apostema*, majorem nodum complectatur, qui maturatione totus in pus abit; ibi è diverso, *furunculus*, proprie non comprehendit, nisi exilem quendam ductum, sanguine coagulato suffarctum: circa quem, densior atque durior ambitus, *inflammationem* fovens, tactu deprehenditur. Quando in tali *furunculi* canali, ceu meditullio, sanguis stasi detentus, ad minimum circa apicem ejus, ita maturescere conspicitur, ut quasi *pustulam* pure turgidam exserat: quando talis pustula, non profunde, sed leviter solum, aperitur, ut vel guttulam solum puris emittat, si tunc

 mo-

modeſta preſſione (ſumme ſenſibilis enim eſt) juvatur, ſequitur modicum ſpiſſi puris: ſi ulterius urgetur, non amplius pus, ſed ſanguinis guttula ſuccedit. Facta tali apertione, & licet levi evacuatione, miteſcunt dolores, & reſolvitur atque diſcutitur reliqua durities: ardor, inflammatio & dolor, ſine ulteriore puris inſecutione, intra unius aut alterius diei diſcurſu, ceſſant. Quando vero talis apertio & evacuatio, cum ſubſequente *diſcuſſione*, non procedit; tunc plurium dierum mora, ſub exquiſitiſſimis interim, (præſertim in hoc loco) *doloribus*, *lancinationibus*, *ardoribus*, ſuppuratio totius illius nodi ſuccedit: non tamen æque laudabile, molle ſeu mobile, quam denſum atque ſpiſſum pus exhibens, quod tandem, ſive excidens, ſive eductum, totam foveam poſt ſe relinquit, cum induſtria *funditus* mundificandam, & ſegnius iterum coëuntem, quin vix plenæ conſolidationi obſequentem, ſed cicatricem concavam poſt ſe relinquentem.

Unde tales *furunculi*, in partibus ſenſibilioribus ſubnati, non ſolum acutiſſimos dolores inducunt, ſed ſæpe graviore periculo non vacant: Quapropter etiam ab aliquibus *carbunculi*, (benignioris) nomine notantur. De quibus antiqua eſt plebis traditio, quod in partibus corporis, ubi ab ægro conſpici poſſint (anterioribus) enati, vel vitæ periculum minentur. &c.]

Illud

Illud non magis certum, quam notum eſt, quod hujusmodi *furunculi*, in *hæmorrhoidalibus* locis emicantes, paulo grandiores (quod habitioribus corporibus accidit,) niſi tempeſtive diſcuti poſſint, non ſolum penetrantiſſimos dolores, usque ad anxietates & anguſtias, cum agrypnia, incurrant: ſed etiam difficilius ſuppurentur, & tandem etiam languidius, plenarie mundificati, conſolideſcant: ſed frequenter *ſinuoſos* abſceſſus, aut *fiſtulas*, forment.

Fruſtra vero, in talibus caſibus, ſunt varia tentamina, & diverſimode conquiſita conſilia: niſi & methodus, & expertæ fidei remedia, quantumcunque pauca numero, cognita habeantur.

Minime vero ſilentio involvendum eſt *Hippocratis* conſilium, quando hæmorrhoidibus (non autem de *fluxu* loquitur,) affectos, ita curare ſuadet, ut, ſine ambagibus, diductis natibus, *ſectio*, aut *uſtio*, inſtituatur: adjiciens aſſeverationem, quod in his locis, ab hujusmodi operationibus, (ſed profecto dextre ſuſcipiendis) nihil periculi metuendum ſit.

Quod ſane conſilium, tam prudenter intelligere neceſſum eſt, quam perite in effectum deducit, niſi inſignium incommodorum ſucceſſum periclitari, parvi pendatur.

Ut in ægrorum talium commodum aliquid conferam, commendo, ut ad tales externas hæ-

hæmorrhoidum moleſtias, *tempeſtivo* uſu, adhibeatur *unguentum de Linaria;* cum duplici ad minimum, (quam ex vulgari præſcriptione) quantitate, ſucci *Linariæ*, paratum: Cujus unciæ ſemis, addatur *millepedum*, ſi fieri poſſit, *vivarum*, dimidia centuria (majorum) ſin minus, ſiccarum quidem, ſed non antiquarum, drachma ſemis, cum oleo florum verbaſci, q. ſ. in bonam conſiſtentiam reducendo: admixto camphoræ ℈j. Quod remedium, *tempeſtive* adhibitum, bis ter per ♂♀ iteratum, plus hic poteſt, quam varia prolixa, & fruſtra ſpecioſa, tentamina.

Sunt autem, præter ſimplices *inflationes* hæmorrhoidales, & *furunculos* memoratos, etiam aliæ excreſcentiæ tales, male tractatarum hæmorrhoidum; *fungoſæ*, aut *verrucoſæ:* quales *ficus ani*, *mariſcas*, *thymos*, quin *condylomata* (à varia ſimilitudine,) appellant.

In talibus prudenter inquirere convenit, annon aliquid *Venerei* anteceſſerit, aut concurrat? Undique vero cautio adhibenda, ne ſub chirurgica tractatione talium, minus provide procedatur, unde ulcerationes refractariæ timeri mereantur.

Nominant etiam Galli, hæmorrhoides *blanches*, *albas* hæmorrhoidas; externe quidem, cum inſigni *pruritu*, excoriatione, quin *Herpetis* more prodente acrimonia, infeſtan-

restantes. *Interne* vero, excretionem *mucosam*, cum *tenesmo*, producentes.

Prior affectus, si suspicio complicationis absit, facilius sedatur *saturninis*, bene camphoratis; tùm etiam *oleo ovorum*, aut florum *verbasci*, aut *hyperici*, bene saturatis.

Posterior, purgantibus, aut, sine discrimine creditis, sanguinem mundificantibus, non obsequitur, quin cavendum est, ne in deterius prolabatur. Præstat autem, convenientibus *clysteribus* uti; quibus *galeopsis*, & flores *verbasci*, incocta sint: Cum oleo horum, aut *hyperici* florum, aut *lilior. albor.* Abstinendo, tam à simplicius *emollientibus*, quam ab acrioribus *abstergentibus*: maxime omnium autem, à quocunque modo *adstringentibus*, &c.

De remediis specificis, etiam ad hæmorrhoidalia pathemata, hic illic commendatis, satis jam monui, quod ad experimenta cum illis instituenda, omnem circumspectionem adhibere necessarium ducam, ne quid sine bene ordinata methodo fiat: qualem quidem, circa *specificorum* usum, quasi perpetuo præcipiunt periti Practici. Dum specifica, non ante in usum trahere suadent, quam præmissis *universalioribus*; adeoque sublatis crassioribus causis: ut ita per talia specifica, ultima manus operi imponatur.

Dari aliqua talia, etiam ad hæmorrhoidales affectus specifica, ipsa experientia utique de-

deprehendi; ſed cum ad *cohibendas* ſolu properent; qui tamen eventus plus amb guitatis, ad moleſtiores ſequelas, involvi quam ſecuræ utilitatis, nemini propterea Au tor eſſe volo, ut experimenta talia inſtitua ſine optima cognitione totius effectus; æſtimatione juſti temporis, quando ſine m tu incommodi effectus, aliquid horum ex periri integrum eſſe poſſit.

[Quadraginta ſunt anni, quod ægrum ta lem curæ meæ ſe credentem accepi, qui in de ab octodecim circiter annis, hæmorrho dum fluxu ita exercitus erat, ut raris, nequ longis intervallis quieſceret, quin cum ſin gulis ſedibus, aliquid ſanguinis, vel ad me diocris cochlearis capacitatem, excernere

Erat vir, eo tempore, 46. annorum. No imprudens certe de reliquo, doctus, & in pu blico officio vivens: ſed tamen partim ipſ genio ſuo, quam valetudinariorum more obſtinatus; præcipue vero, quicquid mone retur, ita verecundus, ut nullo modo inſpe ctionem partis affectæ admiſiſſet. Refe rebat ſolum, quod, præſertim poſt depoſi tam alvum, tuberculum ſentire poſſit, ac piſi magnitudinem; è quo ſanguinem illum ita exprimi ſentiat, ut etiam aliquando ve-lut è ſyphunculo elidi ſanguinem, animad-verteret.

Mira propemodum fortuna, nec dolores ullos ſentiebat, nec in abdomine ulla ſenſibi-

lia

lia incommoda. Toto vero corporis habitu, pallidus, & ſemper quaſi fatigatus comparebat; diæta interim tanquam ad libellam exacta, à pluribus jam annis, ita ſibi proſpexerat, ut hujus intuitu, nullam certe occaſionem præberet, ulli commotioni: præterquam, quod ad iracundiam promptus quidem eſſet, ſed in gradu tamen ſibi temperans.

Uſus erat, tot annorum decurſu, multis certe, & variis, remediis; & inter hæc non raro tam adſtringentibus, quam ita dictis ſiſtentibus, v. g. maſſ. pill. de cynogloſſa, ad ſcrupulos, imo amplius. Communiter tamen magis etiam à talibus, augeſcebat excretio, quam ut minueretur, unde etiam continuatio longior diſplicebat.

Cum in tali ſtatu conſpicerem ægrum, non certe ſtatim, ſed vel poſt tres anni quadrantes, & rarius æque, atque parcius, ſuppeditata, moderatæ energiæ remedia, applico tandem animum, ad remedium tale à celebri ſcriptore praxeos, tanquam ſpecificum laudatum. Certe nulla ratione ullius reliqui ſenſibilis effectus capax. Vix bis hoc aſſumſerat, etiam pauciorum, quam ex præſcripto, granorum pondere, ſubſiſtebat conſueta illa excretio; tanta quidem pertinacia, ut in tertium usque menſem, non modo emaneret, ſed etiam ingens difficultas anhelitus obreperet, & magis magisque augeſceret: certe non ſine tacita mea cura. Clyſteres

ita averſabatur, ut ſi vel mori deberet, illo admittere recuſaret. Tandem tamen, ju vante Deo, iterum revocatus eſt fluxus, & ſubſedit illa pectoris oppreſſio. &c.

Ita alterius honeſti viri recordor, qui unum vel alterum ſupra ſexageſimum agens, an num, à pluribus retro annis, hæmorrhoidum fluxui adſuetus erat. Adſcitus erat in huju familiam, junior Medicus, qui ſtudia ſua in tali loco abſolverat, ubi tale quoddam me dicamentum ad infantum morbos commen dari ſueverat. E doctrina, quod hæmor rhoidum fluxus in ſe ipſo morbidum quid dam ſit, placebat hoc remedio illum refrena re. At hic ſupprimebatur, bonus æger (inde maxime hoc nomen adſciſcens,) parvo tem poris ſucceſſu, de malo in pejus ruens, mo riebatur.

Hæc de ſpecifico. Alius autem vir, magnæ exiſtimationis, à multis jam annis, menſtruo proxime circuitu, hæmorrhoidum fluxum experiebatur. De reliquo ſanus atque ve getus: Cum ſexageſimum tertium ageret annum, ſollicitudine injecta, quod ejusmodi excretio ſeneſcentem debilitare poſſet, con ſilio obſequitur, moderamen ad minimum reſpiciente. Quam ancipitis aleæ ſint ejus modi tentamina, eventus docuit. Incidit vir optimus, ceu ruina in hydropem, quo poſt ſextæ ſeptimanæ exitum deceſſit. Tan

ta

a in consultorem indignatione, ut mortem suam illi palam imputaret.

Placet unum adhuc exemplum memorare, curationis in feliciter tractatæ. Vir literatus, gradu honoris & officio conspicuus, non compertum habeo, unde, & à quo initio aut progressu,) dolore corripitur adeo alte in intestino recto, ut, juxta descriptionem ejus, superno initio ossis sacri, nempe introrsum, responderet. Qui dolor cum incrementa sumeret, chirurgum quendam, castra aliquamdiu secutum, in consilium adhibet. Excreverat jam aliquamdiu, mucida, subcruentis striis distincta; unde chirurgus hic, ulcus in intestino hærere decernit. Proponit usum injectionum clysmaticarum. Ignotum quali compositione constiterint; illud autem nimium quam notum, quod statim sub prima, injectione, tanti ardoris sensus, in loco affecto, patientem invaserit, ut quasi ferro candente tactum esse locum putaret: Obsequitur nihilominus artifici, causanti, quod mundificantis remedii hic sit effectus, cujus ope ulcus extergere necesse sit. Monstro simile videri possit, ægrum carnificinam talem, per integrum mensem tolerare potuisse, bis per singulos dies admissa injectione, toties quoties gravissimam talem sensationem incutiente, quæ paulatim quidem post unam aut alteram horam, minuebatur, sed perpetuum dolorem, nihil remitten-

tentem, nihilominus relinquebat, & fr
quentes, per diem & noctem, desidendi co
natus proritabat: quos tamen parva quan
titas submucidæ materiæ sequebatur. A
initio vero harum injectionum, substan
excernebatur, tenax, glutinosa, è rubro fusc
& propemodum nigra. Cum tandem quan
titas excretionum talium minueretur, mu
dificatum esse vulnus dicebat artifex, & mo
sanatum iri; unde vehemens illud remed
um deserebat, & reliquum opus tantisp
naturæ relinquendum esse dicebat. Cum
autem æger ad minimum pristinorum dol
rum continuum sensum retineret; freque
ter tamen intercursantibus longe gravior
bus exacerbationibus, præcipue quoties d
sidendi conatus urgerent, augesceret, tan
dem aliud consilium quæsivit; serum autem
certe, post rem ita male gestam. Exhibi
sunt, tam interna, pathematibus talibus, p
constantem experientiam, salutaria, reme
dia: quam injectiones lenientes, absterge
tes, &, si fieri posset, sanationi ulceris con
venientes, sed in cassum omnia. Quamv
enim aliquoties tantum levaminis affulge
ret, ut plenioris restaurationis spem sibi ind
conciperet, instabilia tamen erant omnia
Recrudescebant dolores, egerendi conatus
& excretio, mucidæ, cruentæ, sanguineæ
sæpe quidem parciores, sed non sine exqui
sitis doloribus. Comparebat etiam nodu

lus

is, majoris pisi magnitudine, proxime sub
xitu intestini recti; sed sine omni doloris
nsu, quamvis satis mature, per vices, com-
ressione, parum liquidi puris dimitteret.
reviter, adhibitis diversis, ulcerationi tali
ternæ quoquo modo satisfacturis, minus
inusque quidquam constans impetratum
st: sed sensim sensimque, continuis dolori-
us, agrypnia, corporis extenuatione, viri-
m consumtione, vir honestissimus fato suo
oncessit.

Alius è contra, plebejus, aurifaber antea,
exquisitissimos dolores colicos prolapsus,
is per multos menses continuantibus, labo-
i suo impar, etiam paupertate inde pressus,
militer varii mali coloris excretiones per
lvum, non quidem copiosas, sed tamen nu-
erosas incurrit, quibus jam per plures se-
timanas excruciatus, tandem consilium
rat. Suppeditato parvo remediorum bo-
orum numero, sed jugiter continuato illo-
um usu, imminuto successive toto malo, de-
ique, assistente Deo, ita sanatus est, ut jam
decimum, ab illo tempore annum, sanus
ivat.

Vir generosissimus, trium supra septua-
inta annorum, etiam à viginti & amplius
nnis, instabili valetudine usus, corripitur
ub initia mensis Martii, præteritis anni, colica
xquisite sensibili, quæ sensim quasi totum
bdomen pervadens, etiam sursum ad hypo-
chon-

chondria extensa, si non penitus æqualib
tamen perpetuis doloribus, angustiis,
anxietatibus, ita affligebat, ut abolito om
appetitu, sublato omni somno & quiete, cu
mediocri quidem, sed tamen continua, le
febricula, ægrum defatigabat. Usitato s
genti more, quotidie, etiam plus simplici
ce indies, clystere simplici, è decocto fur
ris in aqua, alvus proliciebatur; internis
ro remediis, à medico circumspectiore, n
nisi lenissimis, neque certe multis, aut tem
re iteratis, tractabatur. Cum autem per
ptem hebdomadum decursum, nihil usqu
proficeret; solo interim jusculo gallinac
aut avenaceo, & pane, velut ad uncias su
to, vitam sustentans, ulterius consilium
poscit. Cum studiosius quæreretur, de p
gresso valetudinis statu, hæmorrhoidalis
natus orta suspicione, interveniens fo
fortuna chirurgus memorat, ante duos,
paulo amplius, annos, se ad ægrum hunc
cersitum, hæmorrhoidales protuberant
conspexisse, tanquam parvi bothri fac
Interrogatus æger, profitetur, se vel dece
aut amplius annis, aliquoties per annum,
entes habuisse hæmorrhoidas; quæ v
jam ultra duos postremos annos, cessaveri
Exhibetur itaque remedium, huic consti
tioni certissime idoneum. Mox à prima d
aliquid levaminis sentire videbatur; ab i
rata, per quatuor deinceps dies, assumtic

miteſcebat magis magisque, præſertim ſuperna illa, per hypochondrium, anxietas, & magis deorſum veluti reſtringebatur; ipſa tamen etiam mitior de die in diem. Conſultum viſum eſt, dictum remedium bis per diem exhibere. Mitigatus eſt, ab uno die in alterum, etiam ille in abdomine dolor, quin tandem ſublatus: decubuit autem in inteſtinum rectum. Primo tanquam per longitudinem ejus, ſenſim ſenſimque vero ſemper deſcendendo magis ad exitum. Secutus eſt, cum ſede, ſanguinis fluxus, ſed omnino moderatus. Sub hac conſtitutione, quamdiu dolor hic, per inteſtinum rectum, vigebat, exhibitum etiam eſt remedium, huic dolori ſuppar. Unde hic, ſenſim ſenſimque placatus eſt. Inde à primis, antedicti medicamenti doſibus, appetitus iterum gliſcere, ad proportionem autem ſedatorum, per abdomen, dolorum, etiam augeſcere: quies & ſomnus redire. Per Dei gratiam, ab hoc hujus morbi inſultu, vix ultra trium ſeptimanarum decurſu, ita ad ſe reverſus eſt æger, ut in domo obambulare cœperit: Collectis autem magis viribus, per æſtatem in horto ſuburbano electum domicilium, huc uſque inhabitaverit. &c.

Vera cognitio, & experta notitia genii" morborum; deinde bene penſitata metho-" dus, illis ſuccurrendi: & tandem expertæ" efficaciæ & fidei, remedia, totius artis"

me-

„medicæ ambitum, certiſſimè complectun„tur.

„Ex his enim demum, ſolertiſſime inſtitu„tis contemplationibus, dilucere poteſt atque „debet, 1) AN ars, cum ſuis conſiliis, aut au„xiliis, locum habeat? *an*, inquam, ullo in„tuitu *neceſſaria* (in ſingulis caſibus) videa„tur: aut ad minimum utilitatem inſignem „promittat, quale quid non raro, bene con„ſulta admonitio præſtare poteſt. Ut nimi„rum admoneantur homines, quando ali„quam declinationem exquiſitæ ſanitatis ani„madvertunt, quomodo talem conſtitutio„nem intueri, atque æſtimare debeant: ne le„vius incommodum, vel negligatur, vel pla„ne in pejus promoveatur.

„In quo ipſo tamen propoſito, prudenter „& cordate verſari decet Medicum, ne occa„ſiones querere aut captare videatur, conſi„lia ſua quaſi vendendi, & ab ejusmodi homi„nibus, pretium operæ ſuæ poſtulandi.

„2) Tanto magis autem, porro, optime per„pendendum eſt, QUID agere interſit artis. „Qui certe ſcopus alibi nusquam figi poteſt, „quam in ipſa vera indole ejus pathematis, „cui actio artificialis deſtinari debet: & pri„mo quidem, magis adhuc in genere.

Ubi nempe bene cognitum haberi debet, tam, quid ipſe morbus (aut diſpoſitio morboſa) è ſuo latere, efficere poſſit, aut ſoleat: Quam, quid ipſa interna *ſpontanea* poteſtas

œco-

œconomia, activa, vitalis, conſervatoria, præſtare poſſit, imo ſoleat. Quæ, ſi ſibi ipſi conſtet, vegeta & alacris, non aliunde defatigata, non diſtracta, non interpellata, nedum gravius turbata, officio ſuo ſatisfacere poſſit: Prolixis auxiliis nullus eſt locus.

Quales actiones, quamdiu ſine *externis* ſubſidiis, ſatis commode ſuccedunt; certe diſcere hinc poteſt, prudens & circumſpectus artifex, quid in ejusmodi caſibus recte fieri ex uſu ſit: & inde maxime comprehendere, quid ipſi etiam arti incumbat, ſibi proponere, ubi, in uno vel altero male affecto, *ſpontaneæ* illæ ſalutares actiones, juſtum atque debitum ſucceſſum, vel non ſequantur, ipſo proceſſu, vel non aſſequantur.

3) Tunc vero demum, magis per ſpecies, & diverſitates pathematum, conſiderandum, imo conſideratum & velut in numerato habendum eſt, QUOMODO agendum ſit? nempe quo *ordine*, quo *tempore*, *proceſſu* & *ſucceſſu*: tam ſecundum ipſarum *materiarum* diverſas mutationes: quam ſecundum *concurrentium* ſpontanearum activarum, intentionum, imo contentionum, concurſum. Sive tantiſper bonus adhuc ſit, hic concurſus; ſive quantumcunque in transverſum actus, turbidus, trepidus atque vagus, impatiens atque præceps, aut ad alieniores ſcopos, & difficiliores eventus, reſpectans: Quod vel propria

k per-

perturbatione accidere poteſt, vel incondi
& alienis artificiis, temere interpoſitis.

Quæ ipſa interim vera *Methodus* ſpecialic
eſt utique tale negotium, quod jam multo
tius patet, quam generalior illa, præceder
contemplatio. Utpote involvens, tam vera
& quidem veracem, cognitionem, quid *m*
teriales cauſæ, è ſuo latere, in corpus, &
corpore poſſint; & quidem etiam ſecundu
hujus nudam materialem, & ſimpliciter m
chanicam, conſtitutionem. Et quid, ex
verſo, illis liberum ſit, aut non ſit, in corpo
ut VIVO, ſeu quatenus activis poteſtatib
conſervatoriis inſtructum eſt, & tantiſper m
net, aut certe manere debet.

Et quomodo hæ vitales actiones, ſicu
genere *motibus* perpetrantur, ita etiam p
greſſus ſuos, & ſucceſſus, habere debea
qui non niſi *proportionato* tempore, & ju
ordine, inſtitui, inſtrui, atque perpetrari p
ſunt: ut ita ſemper *motuum* ratio atque
bernatio, recte reſpondeat, *materiarum*
riæ & ut plurimum ſucceſſivæ aptitudi
adeoque *actio*, reſpondeat *agilitati*, &
tus, *mobilitati*. Quod ipſum nempe
rum eſt fundamentum ſimpliciſſimum to
mechanicæ.

4) Tunc autem demum expendend
venit, *quibus mediis*, inſtrumentis, & auxi
actiones illæ ſalutares, ad effectum promo
re, in artis poteſtate poſitum eſſe, certum
c

compertum ſit. Profectò, ut habet proverbium, *Domitiana quæſtio?*

Hic enim jacet intricatus ille nodus, Gordio non in eo ſimilis, ut ſimpliciter gladio reſolvi poſſit: niſi quidem ſolidam Experientiam in hanc ſimilitudinem ſubſtituere placeat. Quæ tamen ſimilitudo, in eo diſſimilis haberi poſſet, quod vix unquam ita præcipiti effectu potiri poſſit, quemadmodum Alexandri gladius. Longè meliore autem jure, comparari poſſit, *clavæ Herculis*, de qua non minus antiqua, quam vera, parœmia loquitur, quod *non valeat, niſi in manu Herculis.*

Spero ſatis rectè hæc ſe habere, hactenus. Licet autem ſub his etiam illa comprehendi poſſint, quæ ulterius proloqui placet, ſatis tamen certum eſt, quod etiam hæc contemplatio, in praxi, non exiguæ, ſed potius eximiæ ſit conſiderationis: ne per imperitiam praxeos, animus turgeat, & altiora affectet, imo tanquam in proclivi poſita ſomniet, quam cum prudentia ſperare liceat. In qualem phanthaſiam quadrare poſſet, lepida illa Senecæ ſententia, de quodam, qui turbidis violentorum imperatorum temporibus, vel ad ſummam rerum adſpirare, non erubuerit, dicentis: quod hic plus in animum induxerit ſperare, quam quisquam potuerit, illo tempore, aut ipſe, ullo.

Quales nempe ſomniatores, omnes ſanit
tis læſiones, vel mechanica neceſſitate (qua
communiter tam parum, quam quidquam a
ud, cognitam habent;) ita ad lineam, nc
mam, imo amuſſin, tanquam ſimpliciter d
dolando, planas reddi poſſe, bibi fingunt,
peritiorum cautas prognoſes, artis dignit
aliquid detrahere, vereantur: adeoque i
conſultis, imo inconſideratis, auſibus,
omnia irrumpunt, in illo ſolo firmi & co
ſtantes, ut infelices exitus, quin exprobr
tiones ipſis inde obtingentes, nulli pudori ſi
ducant.

Eſt autem illud, de quo loquor, talis aff
ctæ valetudinis implicatio, ut illam inſolidu
extricare, & in plenam ſuam libertatem aſſ
rere, non amplius ſperare integrum ſit.

Meretur in hoc negotio tranquillam f
lum, ſimul ſimplicem, conſiderationem, c
verſitas animorum atque morum, per capit
mortalium.

Magno certe numero occurrunt, paſſim
indies, ita labefactata ſanitate affecti, è q
cum nullus patere videatur, ad plenam reſ
tutionem, reditus, ſequuntur ſic affecti ſan
rationis dictamen, in eo, ut animum ſubm
tant ad ferendum, quæ mutari non poſſun
V. g. membro aliquo mutilati, diſtorti, cla
di, vari, oculo aliquo orbati, ſurdi &c. Qu
etiam aliis morbis, non æque promte funeſt
exitus ferentibus, ſed quorum conſtans ſan

t

tio, ipſius experientiæ teſtimonio, vulgo cre-
di non poſſe apparet; v. g. podagra invete-
rata, epilepſia, hæreditarii affectus &c. ſin-
gulos inquam tales affectus, quantumlibet
gravibus incommodis plenos, tamen, nec im-
prudenter quidem, ita tolerat maxima prope-
modum pars ſic affectorum, ut contenti reli-
qui corporis tolerabili ſanitate, propter iſta
alia, totius vitæ tædio non corripiantur, aut
malint, illam ipſam potius, & cum eadem, re-
liquum tale ſuum incommodum, amittere,
aut magis magisque incertam aleam jacere,
utrum vel ancipiti tentamine, moleſtiam ta-
lem excutere, obtingere poſſit: aut vitæ ipſi-
us periculum inde ſubire.

Rariores inquam, è dicto cenſu, inveniun-
tur, qui ad hanc, poſtremam, certe deſpera-
bundam, impatientiam, prolabuntur: Et
quotquot tali amentiæ ſeſe mancipant, certe
à ſanioris conſilii & prudentibus hominibus,
meritò monentur, ut ab ejusmodi auſibus
deſiſtant.

Ex adverſo vero, nimio major eſt numerus,
imperitorum, imprudentium, imo multorum
prorſus impudentium, inſtigatorum, qui va-
rio modo male affectis, quorum pathemata,
inter vel millecupla exempla, veram & per-
fectam ſanationem non admittunt, ſuadere
non dubitant, ut tentamina quædam ſubeant:
qualia vel ipſi tales conſultores, nuda phanta-
ſia concipiunt, vel ſine perſpecta fide, unius

aut alterius historiolæ, neque cognita pari
te affectuum, ibi nominatorum, cum illis
quos istos conferunt, quin vel penitus de
malo, ægrum interim pecunia emungen
suasores sese ingerunt, ut tales ægri etiam
liquæ suæ sanitatis, imo vitæ ipsius, pericul
potius adeant: quam ut tolerabiliora inco
moda, tam diu tolerent, donec reliqua fat
periodus, omnia illorum mala (sine prop
ipsorum culpa) expediat.

Hic nempe tempus utique est reminisc
di, simplicissimi illius asserti atque mon
quod è *duobus*, nedum pluribus, malis, du
modo detur optio, *minus* sit eligendum.
quemadmodum si quis in prædones inci
qui non solum omnia, quæ gestat, sed ips
vitam, adimere possit; si non solum vivum
mittunt, sed vestem, imo viaticum; largi
tur, certe in beneficii loco hoc numerare
test: ita omnino etiam, cui minus malum
cumbit, à quo se liberandi, nulla spes super
aut plurium potius concursus, merito me
endus impendeat: quid aliud quam benef
nomine agnoscere debet, si in uno illo minc
tantisper fatum suum acquiescat.

Certissime vero locuples est hic veluti lo
communis; de temerariis consiliis & ausib
imperitorum suasorum; sive ardeliones
sint, artem facientes necessariam, ut ipsi vi
antur necessarii: sive alii, de auditu, hic ill
in

inter confabulationes, narratum exemplum, in teſtimonii fidem producentes.

Interim omnino patitur tertius; nempe talis, ex aliqua parte æger: non ſolum obſtinato aliquo tali malo affectus: ſed quod inſuper, vel ipſum velut in ſe, gravius exacerbari poſſit, verum etiam novorum aliorum, temere provocatorum, acceſſione, pluribus modis in deterius ruere.

Ut unum, ſatis notum, hujus cenſus ſpecimen producam; quis neſcit, quantum inde ab *Hippocrate*, omnes periti Medici & Chirurgi, dehortentur, ne verus, & obfirmatus, mammæ muliebris cancer occultus, temerariis tentaminibus irritetur. Et ubi non propemodum, ad minimum unum aut alterum, innoteſcit exemplum, auſus talis peſſime cedentis, aut jam funeſtos exitus ſortiti.

Non diſplicebit audire ſpecimen, conſilii, quod ante hos viginti annos, & quod excurrit, ſerio commendavi, in affectu oculi, non æque adeo raro occurrentis. Illuſtris generis duo viri, memorabant, oculo exiguam maculam, ita obverſari, ut tam in aërem ſudum, quam parietem album, aut chartam albam, proſpicientibus, umbra nigricans, granum milii magnitudine referens, appareret: quæ tamen non æque ſedem fixam ſervaret, ſed motu oculi, jam altior, jam depreſſior ſentiatur. Peculiari caſu evenerat, ut uterque horum virorum, non haberent, niſi unum, nem-

pe dextrum, oculum; dum ſiniſter catharr: cta confirmata, obſeſſus eſſet. Diſpar er: ætas, dum alter quidem vix ſupra triginta an nos ageret, alter ſexagenario major eſſet. Ju nior, quem jam ab anno 1706. noveram facilius auſcultavit dehortationi meæ, ne te merariis, & per locupletem experientiam, i ritis, tentaminibus, unius hujus ſibi reſidu oculi perdendi periculum adiret. Senior a ter, 1709, de pari ſuo affectu, per literas ſen tentiam meam poſtulavit; ſed hoc idem re ſponſum reportavit. Interim minime de erant, partim empiricus unus & alter, qui ſe Oculiſtas nominant, qui externis & interni remediis ſpem aliquam felicis eventus oſten tabant: ſed etiam Medicus, imo medico-chi rurgus, magnæ, dum viveret, exiſtimationis è millepedum uſu eximium effectum ſponde re confidebat. Qualium, primo, quindecim aſſumere ſuadebat; deinde, per quinario aſcendendo, ad ſeptuaginta procedere: illin autem pari gradu deſcendendo, curam talem, ut appellant, abſolvere. Valuit ta men dehortatio mea, ut neque hoc tenta men, in Viro ſene ſuſciperetur. Tulit occa ſio, ut anno 1712. coram illuſtri huic ſen colloqui poſſem; confirmavi non ſolum con ſilium meum, ſed obfirmavi etiam illuſtrem & magnorum meritorum virum, ut ab omni bus tentaminibus abſtineret.

Utri-

Utriusque horum ſollicitudo, in eo verſabatur, ne cum tempore macula illa augeſceret; in qua ſuſpicione alebantur potius, quam ut ſublevarentur, ab imperitis, quoscunque conſulebant.

Audacter dico, ab imperitis; quibus ego opponebam peritiam, omni exceptione majorem, nempe in proprio meo corpore deprehenſam. Dum enim anno 1680. vehemente febre continua, graviſſime defatigatus, & vix poſt quintam ſeptimanam lecti deſerendi compos, præmaturæ lectioni atque ſcriptioni me emancipo, incurrebam inde, in utroque oculo, ſimilem exiguam, in videndo, maculam. Facile eſt numerare, quot anni effluxerint usque ad antedictas quæſtiones, mihi propoſitas. Interim, per divinam gratiam, nihil usquam, increverant hæ maculæ. Unde tanto majore fiducia, bonum præſagium interrogantibus denunciabam. Nec fefellit hoc, Deo benedicente, in hunc usque diem, dum illuſtris ille ſenior, nunc octogenarius, ex incremento illius maculæ, nullum adhuc viſus eximium defectum expertus eſt: licet aliquam hebetudinem ſentire poſſit, per huc provectam ætatem.

Cæterum dies, ut loquuntur, deficeret, ſi hiſtorias, nusquam contemnendas, commemorare ſuſciperem, quæ prudentem, circumſpectum, peritum, & conſcientiæ ſuæ memorem, Practicum, monere, imo docere poſſint,

ut morbos aliquos, quorum plena ſublatio & eradicatio, quin in integrum reſtitutio, ve plane non ſperanda venit, vel non niſi ſu maxima ambiguitate, animo concipi poteſt exquiſitiſſime perpendat, & conſilium, ſi quo ab ipſo poſtulatur, quantum usquam poteſt neceſſariis cautelis circumſcribat.

In quem finem conſiderare utique dece ipſam Experientiam; quomodo tales morb communiter multis exemplis, patienter tole rati, ſæpe numero vitam patientis, vel ad plu res annos extendi, non impediant: Ex adve ſo vero, quando, per impatientiam ægroti, a imperito ſuaſu immaturorum artificum, cu rationes, nempe medicationes illorum, te mere ſuſcipiuntur, irritum non ſolum, ſed ſæ pe numero etiam vitæ ipſi periculoſum fiat t le cœptum.

Dum vel medicamentorum formulis, æg ſolum fatigantur, & vel plus, quam pro facu tatibus, pecunia emunguntur; vel acceſſi ne novorum, talibus mediis provocatorum ſymptomatum, viribus exhauriuntur, ut m ſeriorem, quam eo usque, vitam trahant: v penitus, tanquam impetu facto, celeri fun ſto exitui objiciuntur.

Certe periti, & attentæ obſervationis ſt dioſi, Practici; loquor autem de talibus, qu bus in rei veritate obtingunt numeroſi æg qui curæ illorum ſe concredunt: recordabu tur, quid *phthiſes*, (*veræ*, non ſolum opinio

di

declaratæ,) tolerare ſoleant, ſi variis tentaminibus medicamentoſis exagitentur: imo, quid ſuſpectæ ſolum phthiſes, paribus auſibus irritatæ, repentinis incrementis graviorum ſymptomatum, quaſi proteſtentur.

Quid ſimplices *cohibitiones*, eruptionum ſanguinearum, ab internis *orgaſmis* concitatarum, ulterius poſt ſe trahant: Cum numeroſa conquiri poſſint exempla, quomodo profuſiones ſanguinis, etiam enormes viſæ, hinc inde tandem conquieſcentes, non ſolum vitæ jacturam non inducant, ſed ne quidem ſenſim recuperandæ firmæ ſanitati, obſiſtant: perpendendum.

Quomodo *podagra*, inprimis jam *provectæ* virili ætati (ſine impetuoſis commotionibus Diætetico-patheticis incitata) ſuperveniens, etiam vel plebeja obſervatione, (vivacem ſenectutem inde augurante,) longævitati multorum talium ægrorum, nihil detrahat, ſi patienter atque prudenter ſe gubernent. Ex adverſo vero, intempeſtivis tentaminibus, in totum corpus, *vagæ arthritidis* nomine, impellatur; aut ex artubus, ad ipſum *caput* impellatur, aut *ſpaſticis*, imo *convulſivis*, *reſpirationis* oppreſſionibus aditum inveniat: aut *internis* inflammationibus, aut viſcerum illorum *obſtipationibus* ſcirrhoſis, & *aſciticis*, ægros implicet: aut, *narcoſi* temere interpoſita, *apoplecticam* cataſtrophen ſortiatur.

Ut

Ut prolixe non loquar, de *Epilepſia*, aliquid dicam, numeroſis paſſim exemplis, ad minimum in vanum tentata: aut temerariis auſibus, ad funeſtos exitus properante. A longis retro annis, recordor exempli, ubi adoleſcens, ſedecim forte annorum, *Epilepſia* corripi, & non æque raris paroxyſmis infeſtari cœpit. Promittebat interveniens Empiricus, curationem, remedio, quod illuſtri cuidam matronæ, alicunde commendatum ſ. communicatum, ſua opera deſcribendum, etiam ſibi ſervaverit. Erat liquor, quem ex argento parari aſſeverabat, *cerulei* coloris, qualis vulgo credita *tinctura lunæ* eſſe ſolet. Uſurpabatur, non æque magna quantitate, neque valde longa continuatione. Emanebat *epilepſia*; ſed ſuccedebat *maniodes* delirium, continuum atque conſtans, in *tertium* forte menſem ægrum, etiam texturæ corporis tenerioris intuitu imbecilliorem, perpetua *agrypnia* exhauriendo. Superveniebant novi graves inſultus *Epileptici*, quibus ipſe vitæ finis ſuccedebat.

Quisquis peritus Practicus, *habituales*, in *adſuetudinem* devolutos varios affectus, præcipue fœminarum, *hyſterico-epilepticos*, cognitos habet; ille facile etiam perſpectum habebit, quanta opus ſit prudentia, ne è variis ſpeculativis opinionibus, aut per varia, falſis commendationibus decantata remedia,

ta-

tales commovere, &, uſitata phraſi, *percurare*, aggrediatur.

Unde certe etiam in hoc negotio, ſolidam *ſcientiam*, *prudentiam*, & *peritiam*, poſtulante, *hæmorrhoidalis* ſyſtematis, optima diſcretione opus eſt; ne vel ab ipſis *initiis*, præoccupandi opinione, quodcunque aliud conſilium præferatur, firmæ intentioni, per *vicarias ventilationes*, avertendi illam, quæ ad talem eruptionem collineat, quæ incommodioribus ſucceſſibus viam ſternere poſſit.

Vel, ubi nulla amplius *libertas* patet, ſimplici præoccupatione, jam pertinacem *adſuetudinem* abolendi, ne aliis inconſideratis tentaminibus indulgeatur, quibus *totum* talem affectum, cohibere, *ſupprimere*, ſeu potius *reprimere*, factu non adeo arduum videatur.

Unde, ut plura non addam, de illo ſolen-"
niter proteſtor, ne quisquam, ſine circum-"
ſpecta, imo potius perſpicua, contemplatio-"
ne, omnium aut ſingulorum, quæ ego de hoc"
negotio, utique prolixius, quam antehac"
vix quisquam alius, in medium propoſui &"
conſului, indicatum ſibi, nedum præmon-"
ſtratum, arbitretur, ac ſi vel temere induce-"
re, aut provocare, hæmorrhoidalem excre-"
tionem, unquam ſuaſerim: aut pro re faci-"
li factu, aut indifferente, aut ſimplici-"
ter

„ter certi, nedum eximii uſus, declaratum „velim:

„Sed cum omni prudentia, & exquiſit „perquiſitione, & æſtimatione, perſonarum „conditionum, & affectus ipſius progreſſuum „& ſucceſſuum, in his negotiis peritiſſime ver ,„ſandum, unice commendem.

Bene vero ad *Pathologiam*, *connexioni* aliorum affectuum, cum hoc veluti *fonte* primario reſpiciendum duxerim: cum tali nexus atque *conſpiratio*, antehac, pro dignitate, indicata & oſtenſa, mihi nusquam compareret.

FINIS.

LIBRI
hujusce Facultatis Medicæ Venales *Parisiis* apud Fratres *Horthemels* propè Domum Sorbonn.
nec non
Offenbaci ad Mœnum
apud *J. L. Kœnig.*

Pretia sic intelligi debent: scil. in Germaniæ Regionibus significant Florenos cum Crucigeris, quorum 60. faciunt Florenum. In Gallia verò Ecûs & sols, dont 60. sont l'Ecû.

* denotat ligaturam.

Quibus præst. † sunt mutandi.

Folia intelligi debent folia integra.

A.	folia	fl.	kr.
* ACADEMIÆ naturæ *curiosorum* Germaniæ Miscellanea Medico-Physica. vid. *Ephemer.* &c. - - 4			
† ACTA *Medicorum Berolinensium* in incrementum *Artis* & *Scientiarum* collecta *Decuria prima*, vel X. volumina cum indice generali, à 1719. ad 1722. Berolini - - - 8	$69\frac{1}{4}$	1	50
- - Eorundem Dec. IIdæ vol. octo. 8		1	30
* ACTUARIUS, Joan. de *Urinis* & methodo *medendi*, Paris 1555. - - 8	68	1	30
* ÆGINETÆ præcepta *salubria* & de *sanitate* tuënda, Argentorati 1510. - 4	63	1	30
* ÆLIANI, Claudii opera omnia circa Hist. natur. versantia græcè latinèque è regione cum notis *C. Gesneri*, Tiguri 1556. - fol.		4	30
ALBERTI, D. Mich. Tract. de *Hæmorrhoidibus*, Halæ, 1722. 4	88	1	10

	folia	fl.	[illegible]
ALBERTI Corpus Juris Medico-Legale ·17 4			
- - Ejusd. Introductio in *universam medicinam* Theoret. & Practic. certis positionibus comprehensa, ibid. 1718. 4	57	-	4
- - Ejusd. *Semiologia*, Hygiene, *materia medica* & Chyrurgica succinctis thesibus conscripta, ibid. 1719. 4	89	1	1
- - Ejusd. *Therapia medica*, praxis universalis & praxis extemporanea *affectuum inopinatorum, reservatorum & tragicorum*, Halæ Magdeb. 1721. 4	176	2	4
- - Ejusd. Tentamen *Lexici Realis observationum medicarum* & variis Author. selectarum in usum Literaturæ medicæ ad suffragia peritorum & Doct. vir. conferenda & allegan-da &c. 1727. 4	66	-	1
- - Ejusd. *Physices* propositiones & positiones fundamentales &c. Halæ Magdeb. 1722. 4	11	-	1
ALDROVANDI, Ulysses, *Dendrologia*, seu arborum historia c. fig. Bononiæ 1668. fol.	179	5	3
* - - Idem ibid. 1686. NB. legato alla Rustica fol.	179	6	
* - - Ejusd. *Opera ad hist. naturalem* spectantia, variis annis Bononiæ edita, figuris refertissima, comprehendunt materias sequentes:			
1) *de quadrupedibus* omnibus *bisulcis*.			
2) *Solidipedibus*.			
3) *Digitatis*, tàm viviparis quàm *oviparis*.			
4) *Ornithologia*, tomos tres.			
5) *Piscibus* & *cetis*.			
6) *Animalibus exanguibus, mollibus, crustaceis, testaceis & zoophytis*.			

7) In-

	folia	fl.	kr.
7) *Insectis.*			
8) *Serpentibus & draconibus.*			
9) *Monstris* cum paralip. historiæ animalium.			
10) *Dendrologia.*			
duodecim Ligat. Gall. pernitidis fol.		115	-
* ALEXANDRI TRALLIANI, circa rem Medicam libri XII. J. G. Andernaco Interprete, Basileæ 1556. 8		1	15
* ALPINI, Prosp. de Medicina *Ægyptiorum,* Venetiis 1591. 4	28	1	20
* - - Ejusd. de præsagienda vita & morte ægrotantium LL. VII. cum præfat. Herm. Boerhave, Lugd. Batav. 1710. 4	72½	2	30
* ab ALTOMARI, Ant. *Opera,* Lugd. 1586. fol.	169	3	-
* AMATI Curat. Medicin. Burdigalæ, 1620. 4	108	1	30
* - - - Lugduni, 1556. 12	20	-	15
ANDRIOLI, Mich. Ang. Concilium vet. & Neotericorum de *conservanda valetudine,* seu de morborum causis *procatharticis,* physiologiam continens pars Ima, 1694. & pars IIda 1701. fol.	63½	1	15
- - Ejusd Philosophia experimentalis, præside Platone, s. *physica Reform.* Platonis, 1708. fol.	116½	2	20
- - Ejusd. de *Febribus & morbis acutis,* febrem annexam habentibus, Venet. 1711. fol.	46	1	-
- - Ejusd. Enchiridium practicum medicum, in quo *domestica & usitatiora auxilia recentiorum* pro universis morbis curandis exarantur, Venet. 1700. 4	42	-	50
- - Ejusd. *Domest. Auxil.* Tractatus quinque seu appendix prima, &c. Venet. 1698. 4	49½	1	-

	folia	fl.	kr.
Androgenes hermeticus in duobus opuſculis, nempe *minera* Philoſophorum & *radices* ab umbra, Lugd. ſive Venet. 1686. 8		-	20
ab Angelis, Lux Magico-Phyſica de *Re Metallica*, Venet. 1686. 8		1	6
* Arculani, Joh. *Practica*, Venetiæ, 1560. fol.	174	3	-
* Ardoini (Santis) Opus de *Venenis*, & F. *Ponzetti* Card. libri tres, de Venenis, Baſil. 1562. G. B. r. c. fol.	151	5	-
* Argeli, Andr. de *Diebus Criticis*, Patavii, 1652. 4	50	1	15
* Aſellii, Gaſp. Cremonenſis, de lactibus, ſ. *lacteis venis*, quarto vaſorum Meſaraicorum genere, Novo Invento, &c. Baſileæ, 1628. 4	11	-	20
* Augenii, Horat. *Practica*, Francofurti, 1597. fol.	286	6	-
* - - Ejusd. *Epiſtolæ*, ibid. 1597. fol.	325		
Aureliani, Cœlii, de morbis *acutis* & *chronicis*, Amſtel. 1722. 4	95	2	30
Auriferæ artis tractatus aliquot *inſigniores*, utpotè Turba Philoſophorum &c. Baſileæ, 1572. 8		2	-
* Avicennæ liber canonis de *Medicinis Cordialibus* & *cantica* cum indice locupletiſſimo, Venet. apud Juntas, 1555. fol.	351	4	-
- - Ejusd. de *Re Medica*, 2. Vol. uno comp. Venet. 1564. Editio *Valgriſii rara*. fol.	442	8	-
* d'Avissoni, W. Scoti, Oblatio *ſalis*. ſive Gallia lege ſalis condita. Tractatus, Salis Naturam, ex reconditis Philoſophiæ Pyrotechnicæ principiis, necnon myſticum, ejus ſenſum explicans. Pariſiis temporibus Ruceliacis circa 1640. in lucem emiſſum opuſculum. 8		-	30

Bac.

B.

	folia	fl.	kr.
BACCII, Andr. libri septem de *Thermis*, Patavii, 1711. fol.		3	-
*de BACK, Jac. de *Corde*, Roterod. 1654. 12	11½		20
BAGLIVI, Georg. *Opera* omnia medico-*practica & anatomica*, Lugd. 1714. & Antv. 1715. 4	115	1	40
BAIERI, Joh. Jac. *Horti* Medici *Altorfini* descriptio, &c. 1727. c. fig. 4	½ fig.	18	
- - Ejusd schediasma de aur. *Corn. Celso*, ib. eod. anno 4	2	-	4
- - Ejusd. descriptio Rerum *Fossilium* & ad Regn. Mineral. pertinent. in Territ. Norimb. & vicin. observat. cum icon. lap. figurat. ferè 200. ib. 1708. 4	14	-	24
- - Ejusd. orationes var. argum. variisque occasionibus, &c. ib. 1727. 4	3. fig. 12	-	15
1) de Rei milit. ac medicæ convenientia.			
2) de honorariis ac præmiis Medicorum.			
3) de honorificis Medicorum appellationibus.			
4) de politiæ medicæ & academicæ Analogia.			
5) de bonarum legum & præscriptionum medicarum inter se convenientia.			
6) de Commun. medici atque Rectoris Academ. virtutibus.			
7) de præparatione Civium Academ. ad instans Festum seculare.			
- - Ejusd. *Ostium* vel atrium *naturæ* iconographicè delineatum, Cassoviæ. Ch. lim. 1662. 8	1. fig. 25	-	30
* BALDI (Camilli) Tract. de human. *propensionum* ex *temperamento* prænotioni-			

	folia	fl.	kr.
tionibus olim ab Hyp. *Scafiglione* Med D. editus, Bononiæ, 1629.	12½		
* 2) PERNUMIA, (Joh. Pauli Patav.) *Therapevtice*, ſ. medendi ratio affectus omnes *præter naturam*; *&c.* Venetiis, 1614.	41½ }	2	
* 3) SPIGELII, (Adriani) de *ſemitertiana*, LL. IV. Francof. 1624. apud de Bry. unò comp. lig. gall. 4	22½		-
BARCHUSEN, J. Conr. de *Medicinæ origine & progreſſu*, in quibus Medicorum-ſectæ, inſtitutiones, decreta, Hypotheſes, præceptiones, &c. ab initio medicinæ uſque ad noſtra tempora traduntur, Traj. ad Rhenum. 1723. 4	87	2	30
* BARBETTÆ, Pauli, *Chyrurgia*, Lugd. Bat. 1672. 12	21	-	45
BARRELIERI, ord. præd. *Plantæ* per Galliam, Hiſpaniam & Italiam obſervatæ, iconibus æneis exhibitæ, Pariſ. 1714. fol.	47½ 67. fig.	14	-
